Villa re magis Pont. Max. q̄ rerum creatarum notitia: Dei est intellecta natura. Siquidem homines cum naturae aspectu cœlum syderibus tanq̄ oculis distinctum cernerent: & tum tellus rem altricem aere circumfusam in media mundi sede locatam librari viderent: tum circa eam tam exiguo horarum circuito flagrantem circumferri solem: cuius quotidiana circumvectione annuoq; inflexu non modo noctis Dieiq; sed etiā cœstatis atq; hiemis vicissitudo efficeretur: in fraḡ emulam ambire lunam: quæ menstruis eum spatiis consequeretur: mutuatamq; in terras lucem effunderet: Tum circumfluum mare nullum fluminum accessione crescens: Tum fluminum factus: vel telluris laberis motum: ac ventorum imbriumq; tempestiuatem aspicerent: quorum alii ad cœstus caloresq; sedandos & nauigadi facultatem: alii ad serendi opportunitatem darentur: Tum animatum vel gradientium vel volucrum: vel nantium naturam: hominemq; deniq; vt principem metitent: confirmare cogebantur: tam constantem soleritemq; molitionem retum: ab aliquo diuino architectore oriri: qui auctor & parens & educator Deus diceretur. In quib⁹ quidem rebus contemplandis multum philosophia theologorum genere absuerunt: siquidē philosophi parum nubilo cœlo cernentes: res genitas sunt in suapte natura metiti: propriaq; causarum genera indagarunt: nec eatum finem attigerunt: vt qui ætatem in itinere contenterunt: nec vñq; domum suam capeſſunt. At vero theologi quibus cœlum depulsa caligine patet: eorum rerum genera expendunt: quatenus a principe auctore Deo defluxerint: in eumq; statuantur: qui sit rerum creatarum limes. Ex quo intelligi maxime potest: Theologia perinde philosophiae: ac disciplinam militarem: armorum faciendorum artificio fabrii: comparari: que a philosophia tanq; a pedissequa & ancilla porrige tē sumat. Est enim certa quædam omnium scientiarum seruitus theologiaz famulatium. In quo quidem Pont. Max. si nostrorum theologorum ingenia repetemus: lute videbimus affirmare posse plures in omni doctrinæ genere theologos q̄ philosophos præstates extitisse: Nam vt omittam totum illum priscum theologorum cœtū: Quis erit ex omni grege philosophorū Alberti comparandus! Num Xenocrates aut Theophrastus adducetur par: Ego. n. vtrumq; vt soleris naturæ interpretem probo: sed neutrum tamen hac enucleata Alberti disciplina tolerabilem puto. Nam Empedoclem Democritum aureas philosophorum pecudes: non equidem audeam cum Alexandro aut Egidio Romano conferre. Nec. n. dubitari debet si de principiis aut atomis in disceptatione veniat: quin statim sint nostrorum contrario istu casuri. Nec item verendum est: si modo vel Zeno Elæates: oculos hominibus eruens: nihil vñq; esse affirmet: vel Herillus ad scientiā omnia reuocet: siue Academicī quisi desperati nihil certi esse probent: quin statim de sententia deturbati cadant: cum faciliter modo eorum precaria fundamenta conuellātur. Nihilogs plus esset Aristippo & Epicuro inter theologos eruditos loci: quorum alter voluptatem dulcedine sensum clientem probat: Alter voluptati atomos adiiciens ita Democriti obsoletam chlamydem tingendo exurit: vt ambusto pilo extantia fila appareant. At Pythagoras: Anaximenes: Xenophanes: Parmenides: qui nascentem Philosophiam tanq; galli aduentantem solem cœnerunt: vt grandes & antesignani laudantur. Sed si modo ali⁹ animam cōmeantem: Ali⁹

Philoso-  
phia seruit  
vt ancilla.

Albertus.

Xenocra-

tes.

Theophra-

stus.

Empedo-

cles.

Democrit⁹.

Alexander

de ales.

Egidio Ro-

manus.

Zeno Elæ-

ates.

Herillus.

Academicī

Aristipp⁹.

Epicurus.

Pythagor-

as.

Anaxima-

nes.

Xenophan-

es.

Parmeni-

des.

aerem Deum: Alius infinitatē: Ali⁹ coronā affertet: q̄ effuse: Hetricum: Herueum: Godo **Hericus.**  
 fredum & Gregorium Arimīnensem cachinnaturos credimus: Quid de Zenone: Clean⁹  
 te: Perseo: Crisyp⁹: & de tota illa spīnosa stoīcorum turba putandū effet: Si Aureolo: Du⁹  
 rando: Petro paludensi: aut Alphonso persuadere vellēt: sapientis esse neq̄ exorari neq̄ li⁹  
 nītī: nec a capitalibus ignoscibilia crīmina secertere: sed omnīum peccatorum genera esse  
 paria: nec mīnus sceleris patrare qui formicam aut culicem sine causa q̄ qui homīnem oce-  
 cideret: an dubitamus quin essent a nostris eorum capita sine cymolia abluenda! At vero  
 quis in omni philosophia Platone abundatior: quis Aristotele veracior! Ego, n. sic censeo  
 Platonis velut solis interuentu exhilaratum esse mūdum: Disciplinam eius vt variam &  
 vberem & quasi Christiano quodam succu tinctam laudo: Sed video ex eius tentorio Ari⁹  
 starchum philosophorum prodire Aristotelem: qui eam disciplinam tanq̄ adamas adamā  
 tem, scalpit. Ipsum autem Aristotelem quasi lapidem lydium philosophorum probbo: quis Aristoteles.  
 enim vel rerum compressione crebrior: vel partitione lucidior: siue robore neruoso: aut i⁹  
 veri iudicio sanior reperiſti potest! Natura profecto haud perinde se interius introspicit: vt  
 ipse eam manu prope exterebrando contrectat. Sed quid dicendum est: si cum hoc naturae  
 prodigio: nostrorum legionaria cohors aduersa concurrat? Quid si bellator acer Scotus in  
 cœlītum notitia, eum rationum nexus tanq̄ elephantem draco astringat? Quid si lichnus **Scotus.**  
 theologorum. D. Thomas: perinde eius endelechiam illudat: ac qui ex aurī pīgmento au-  
 tum conficere volunt irridentur! An ego aut subtilitate disputādi, aut partiendi luce: aut  
 altitudine rerum. D. Thomam Platonī, aut Aristoteli Scotum opponere non audeam v'l  
 alterutrum vtrīq̄! Ego vero neutrum: si reuīsceret negaturum putarem: se a nostris in  
 omni scientiarum genere vel equatum: vel superatum iri. At vero modo serotini naturae  
 scetus: Themistius: Porphīrius & Aphrodiseus Alexāder iure celebrantur: Quid si ex ea⁹ **Themistius.**  
 dem Aristotelicorum armorum officina: Aueroym & Auicennam duo philosophorū ful⁹ **Porphīrius.**  
 mína eduxero: omnia Arabum mappalia vestigaro: eumq̄ coetum, Paris⁹ **Theatrum & Alex. Aphro-**  
 domum doctrinę deduxero! Num putandum est: non obuiam omne theologorum vētu⁹ **Aueroys.**  
 rum robur: non equitum turmas non phalanges occursuras! Quæ enim patefacto arma⁹ **Auicenna.**  
 mentatio: vel hystrice spīnosior. G. Ochan: vel ex Scotti finu. F. Maro: siue Tragīcus theo- **G. Ochan.**  
 logus Riccardus villa: laculorum genera arriperent: si illis effet cum hac gralatorum phi⁹ **F. de Maro.**  
 losophorum manu configendum! Iam vero qua oppugnatione: copia Landulphi⁹: Argen media Vilia  
 tini Acumen: Audacia Capreoli: Tela Garriti⁹: Pauli Astus: Affluētia Gannaci⁹: v'l litte **Richard⁹ de**  
 ratiō solertia Pici: siue cæterorū recentiū theologorū arma vrgerent! Qui non mō omnia **Argen.**  
 doctrinarum genera tanq̄ per cibrū farinarium secreuerūt: sed etiam v'sq̄ eo dilatarūt: vt **Capreolus.**  
 longius mens humana progreedi nullo modo possit. Quare Pontifex maxime, cum viderē **Paulus**  
 pprīū esse seminis Christiani omnium gentiū homīnib⁹ antecellere: dolebā nos in aliquo **Vene.**  
 genere superari. Nam cum quodcunq̄ effet: vbiq̄ prēclarūt a nostris haustum & eteptū vi **Bernard⁹ de**  
 detur: nō poterā non turpe iudicare: patī nos a quibusdā in doctrinātū genere eloquētia **Gannaco.**  
 vincī: cum prēserti multa pīstātia ob eloquentiē inopia ī Bibliothecis absolēscere cernerē **Io. Picus mi-**  
 quēadmodū multa sepe aurī aut gēmarū gñā artificū egestate obtegunt: siqdē humanioḡ  
 teretes & supbē aures ad oēm sermonis asperitatē tāq̄ ad labent! Nili fragorē obsurdescūt:  
 cōtra vero philosophi: qui dū verboḡ splendorē vt amictū metiunt: nec multū curāt cu-  
 fuscemodi pāno vestiāt: mō ita amicti pdāt vt penulatos & vestitos se esse intelligent: oīa  
 verboḡ ornamēta tāq̄ putamīna aduētitia aspnant. Itaq̄ Pōt. Max, hoc īgressu patefacto  
 pge cūctates excitare pmerēdo vt absoluti⁹ hoc copulādi cumulef mun⁹. Nā qđ ē tibi na-  
 tura īsitu⁹: vt semp̄ ingeniorū sedulītati faueas: id nūc tibi īmpī magnitudo concedit: vt  
 affluentius suffragari possis.

# Pauli Cortesij

## MVNDVMESSE CREATVMCONTRA ARISTOTELEM



Vibus expositis perspicuum est Dei etiā procreandi proprii esse mun<sup>9</sup>: Eumq<sup>9</sup> res ex nihilo, nulla antecedente materia construere. Nā si quid a Deo manat: necesse ē vt aut aliquid antecedat: aut nihil adsit. Si nihil ad- est: notum esse debet ab eo aliquid nullo antecedente manare. Si aut q̄c̄q̄ antegreditur: Aut ēst in infinitū emanatura excursio: quod in natura ratione fieri nullo modo pōt: aut aliquid erit primum exquirendū: quod nī hil antecedat: Quod quidem Deus esse non potest: cum nulla sit materię coagmentatio-

**Deus creat** ne concretus. Ex quo maxime intelligi potest architectorem & aedificatorem Deum: res ex nihilo.

**Galenus.** ex nulla antegrediente materia moliri. Hinc eorum est repulsa & reflecta opinio: quod de nī

**Quæstiones de mūdo.** hil nihil gigni arbitrantur. Atq<sup>9</sup> inde etiam magna est nata de mundo dissēcio: cū alii ei

**Auerrois Aristoteles** ex aeternitate & immortali natura p̄ditum: Alii a Deo ex aedificati & constructū putarēt.

**Quatuor phōrum Sērentie de mūndo.** In quo p̄clarus Auctor Galenus negat sine sensuum testimonio sc̄ri posse vtrum c̄tem<sup>9</sup>

**Anaxago.** sit mundus: an natuus: quasi rationi nihil sit sensuum sūde testati<sup>9</sup>: Ex quo quidē antipere

**Maume. ihūz Christiani Plato.** tur: sensu semp eādem cœli & syderum equalitatem p̄cipit: & quod semp esset equare: nul-

**Aristoteles Deus m̄s & causa.** lam vñq̄ sui tabem pati: Quod autem nunq̄ extabesceret: nec id quidem vñq̄ esse genera-

**Peripateti. Themistius Auerrois.** tum. Sed pr̄ter ceteros Arabs Auerrois qui Aristotelis disciplina tanq̄ cotis attītu acut-

**Alexan. Aphro.** tur: cum visco adest & fibilo: & quo illustrius Aristotelis opinionem defensitaret: Omnes

**Philosophorum sententias de Mūndo in quatuor genera partitur.** Nam vnam esse ait

**Anaxagorē.** Anaxagorē qui mundum natuum & tabescibilem opinatur: Eamq<sup>9</sup> dicit Auctori bus Ju-

**daīs: a Maomethistis, & Christianis esse retentam.** Secundam adhibet eorū: quibus nunq̄

**generatus: & labefactabilis Mundus videretur.** Proximā esse dicit sententiam Platonis: cui

**natiuum quidē Mūdum:** Sed nulla temporū eternitate tabescibilem esse placet. Quar-

**at affert Aristotelis: qui nec genitum Mundū: nec interitum esse c̄set.** Plato autem

**duo initia rerum Deum & materiam esse voluit: quibus omnia constarēt.** Deum mentē:

**& causam rerum nominat.** Materiam vero formē expertem: & infinitā: in ordinā a Deo ad-

**ductam putat: ex eaq<sup>9</sup> mundum immortali natura factum arbitratur.** Stoicis vero placet

**natiū & tabescibilem esse mundum.** Nam Zeno: Chrysipp<sup>9</sup>: Poffidonius: Cleantes: An-

**tipater, & Panetius probant: cuius partes labefactabiles sint: tabescibilem esse iegritatē:**

**Cum autem mundi partes labefactabiles sint: Quādoquidem viciſſim mutent: Fateri co-**

**gunt tabescibilem esse mundū.** At pr̄stans omnib<sup>9</sup> astu & doctrina Aristoteles: tanq̄ ha-

**buerit id op̄tis ut omniū superiorum philosophorum adipē extenuaret: Negat mūdum**

**esse generatum: Maximeq<sup>9</sup> in eo qui est primus de cœlo & mundo liber auerso pollice Pla-**

**tonem ostendit.** In quo natuū & tabescibilis diffinitione probat q̄ fieri nō possit: vt quod

**generatum sit non extabescat: Cumq<sup>9</sup> firmissimis argumentationibus pbare conet: nūq̄**

**ortum esse mundum: concedi sibi vult: vt etern<sup>9</sup> esse dicatur: & q̄ fieri nullo modo possit**

**vt quod aeternum sit: labefactari possit: & quod ortu careat: id non esse aeternum.** In qua q̄

**dem sententia omnē Peripateticorū gregē tanq̄ suber in aqua retis Plumbum suspensū cō-**

**tinet.** Siquidem Themistius & Auerrois pertinaces Aristotelis asseclæ tantillum nodum

**exquirentes pugnacissime hanc sententiā tueri volunt: & si sarcina in alteram clitelē par-**

**tem propendet: Alteri adiiciunt lapides.** Verecundius autem ex eadem familia Alexāder

**Aphrodiseus: dicit se non aliam ob causam hanc potissimum sententiam secutum: nisi q̄**

**ea sibi minus ambīqua: & a reprobatione semotior videretur: quasi nondum certam: & ve-**

**ram esse censeret.** Ex quo quidem intelligitur homines nādi peritos: voraginibus tamē

**obrui.** Nam quæ sunt ab Aristotele exquisitijs argumenta collecta: probabiliora sunt: ma-

# Liber. II. sen. Fo. XV.

gīsq; ad contradicendū parata: q̄ vera. Idq; p̄spīcī potest: q; semper in hoc quæstionis gīne Anaxagoram: Empedoclem: Platonem exagit. Quod magis videri debet persuasibili- Anaxa- ter probant q̄ necessaria ratione concludentis: Ipseq; sibi repugnat: cū confirmet in topi- Empedo- cis quedam esse dialectica problemata: quorum certa ratio afferrī non possit: vt si queratur vtrum sit ex æternitate mundus. Itaq; ab eo hoc loco sciscitor: si Mundus èternus fuisse di- cat: Nū semper hoīes extitisse velit. Nam si semper fuisse neget: concedi oportere puto: id perabsurdum videri: cum negari non possit: hominum causa Mundum esse constitutum: Si autē homines semp fuisse cōfirmet: rursum ab eo sciscitandū arbitror: cur sit illorum ho- minū memoria deleta: Aut cur non sint nobis per manus, sc̄ientiarū genera tradita. Que quidē suo īgenio pfecta esse videri cupit: Dum omne superiorum philosophorum genus vt hebetius exagit. Nam si memoriam rerum, eliuīone: aut exustiōe: ītercidisse dicat: persicile erit secū obsignatis syngraphis agendum. Quandoquidē in metheoris catholi- cum fieri cataclysimū neget. Eodemq; modo erit de exustione dicendum: cum satīs phy- sīcis placere videam?: Calorem humore ali: & q̄q vīcīssim s̄pē alterum altero superari op̄i- nentur: neutrum tamen ita opprīmī posse volunt: vt vim īstauratīam amittat. Ex quo facile intellectu est: exustionem catholicam esse non posse. Qz si neutra catholicā esse po- test: perspicuū etiam videri debet: memoriam rerum propagari potuisse. Id si ita est: dubita- tionem non habet: quin ad nos quoq; dīmanare potuisset: Qz si ad hanc ætatem propaga- ri potuisse diceretur: Nihil prorsus esset: quod ei sc̄ientiarū pīmē ferrent: cū pabsurdum esset negare: æternis annorum currīculis īnumerabiles Aristoteles aut Platones non fuī- se. Atq; etiam si mundus èternū omnī specierum genere absolutus diceretur: Causa nō esset quin multa incredibilia sequerentur. Nam necesse esset confiteri: non modo īnume- rables animas actu existere: Sed etiam īterminatas cōuerſiones fuisse. Ex quo perspicuū videri posset tot Solis, quot Lunę conuerſiones extitisse. Cum autem fatendum esset vtro- rumq; īnumerabiles conuerſiones fuisse: Satis esset argumenti: partem toto omnino esse aquatā: Quo quidē nihil insulsi⁹ dici posset. Atq; etiam fateri licet: æque Leonē a Deo ex materia: atq; ex nihilo gigni potuisse: ppter ea q̄ quādoci⁹ a Deo materia gigni potuī- se dicitur: necesse est etiam fateri ab eodem coagmentatum educī potuisse: Alioqui mate- ria sine forma gigneretur. Atqui cum notum sit haud ex materia Leonē a Deo æternū Alia rō. potuisse gigni: Apertum esse debet: nec etiā ex nihilo: aut vlo modo potuisse gigni. Prete- rea quodcunq; èternū esse potuit id omnino èternū fuit: At nihil prāter parentem Deū Alia rō. æternū esse potuisse cōcedendū est. Igītū nihil prāter Deum èternū esse potuit. Deīn- ceps etiam quodcunq; est effectū ortū: dīturnitatis exordium nanciscitur. Sed cum inter Alia rō. philosophos sanos constare videam⁹ Deum causam effectricem esse mundi: facile colligi potest: originem rerum & molitionem esse nouam. Nec minus etiam intelligi potest excel- lentium omnīū philosophorum generi placere: nihil omnino, auctori & parenti rerū Deo In. ii. equari posse. At si mundus èternus fuisse diceretur: in promptu esse deberet: molitorū mū physico, di Deo equari posse. Quo quid dīci potest īscitius: Postremo si ètern⁹ fuisse diceretur: Pu- tandū esset etiā èternū fuisse rerū ortū. Igitur fatēdū quoq; esset: vnū hominem ab alio ī immēsum etiā generatum. Atqui cū ille ipse Aristoteles parentem filii causam effectri- cem esse velit: Persicile iudicū esset in effectricium causatum genere: ī immēsum ex- currere īdagationem posse. Quod fieri nullo modo posse cēset. Ex quo quidē sc̄iri licet In. ii. Metha īnumerabilia colligi posse: quibus probetur & generatum esse mundum & generatorem physica, fuisse Deum.

SEQ VITVR DE ANGELIS.

# Pauli Cortesij

DE ANGELIS.

Gregori<sup>9</sup>  
nazate  
mus.

Hierony  
mus.

Damas  
cenus.

Basilius.

Ambro  
fius.

Cassiodo  
rus.

Diony  
fius.

Beda.

Thales.

Heracli  
tus.

Dioge.

Anaxa.

Plato.

Auerro.

D.Tho.  
Scotus.  
Ar.Pari.  
Grego.  
de  
Arimi.



Ed cum non obscura sit significatio exposita generatum esse mundum  
Querendum modo videt: vtrum sit ortu: corpoream: an coelitum natura  
antiquior. De quo quidem inter nos tros est orta dissensio. Nam Grego-  
rius nazarenus grece theologorum princeps: parente & generatore pu-  
tat: prius mente coelitu natura fuisse complexu: eamq meditatione op<sup>9</sup>  
fuisse arbitratur. Quem subsequitur eius auditor: preclar<sup>9</sup> Auctor: Hie  
tonymus. Eiq sententiae non defuit homo doctus Damascenus. Nonnullis asit visum est  
corpoream naturam genitam esse a Deo ministris primigenis coelitib<sup>9</sup>. Gracor<sup>9</sup> vero per-  
tinax credulitas est ortu antiquiores esse coelites: Sed Basilio principe Ambrosi<sup>9</sup>: Cassiodo  
ritus: Dionysius: & Beda: cuncta simul generata esse voluerunt. Quae quidem sanoru est ho-  
minis opinio. Apud superiores autem philosophos tanq disiecto ponte amnis transmitti  
requiret: nemo quicq a natura sciunctum esse censuit. Nam Thales milefi<sup>9</sup> qui primus in-  
ter sapientes fustem quatit: Humero tenus lacertos nudans: Aquam dixit initium esse te-  
rum. Heraclito initiu ignis: Diogeni Aer est visus: quasi nihil vacas corpore sub sensuum  
notionem cadere posse videretur. Anaxagoras autem qjq vt ceteri corpora: initia esse vel  
let: Primus tamen decideti sarcinę succunit: dum Hylas mentē adiecit: intelligentia mate-  
riæ experte initisi cōmentus: Post Plato haustus luto sustulit: & semiamictos philosophos  
vestiuit. Nam cū videret veri iudicium ignorari: Tum meatu: & perennitate rerū cōcreta  
rum: Tū sensu fallacibus indicis quibus corpora internoscuntur: Naturas quasdā a reb<sup>9</sup>  
meatibus semotas esse voluit: E quibus nuda veri integritas eliceretur: Easq mathemati-  
cas: & ideas nominat. In Ideis autem ordine opinatur. Nam quo quicq effet in intelligentia  
purius: eo id dicebat esse ordine prius: Idq vnum Principatu prestantis: imenium & insi-  
nitum Dei statuit: Subq eius dominatu & nutu: varios ordines Cœlitu naturę sciunctas  
constituit. At multo melius nostri probant: a Deo generatos esse coelites: eosq diuinę ani-  
mationis immortali natura p̄ditos: vigere & sapere: Maximeq hoc loco perquirunt: An  
coelites materia & forma cōstare dicantur. In quo quidē plēriq qui multū operę in metho-  
dice Auerroea cōsumūt: eque intelligētē naturam: ac sensilē materia & forma cōstare vo-  
lunt. Nos vero id Auerroim ad intelligētiā possibilē. Faciamus enim hoc verbum tractan-  
do tritius. Nō ad cœlitū intelligētiā referri voluisse dicim<sup>9</sup>. Etem fieri nullo mō pōt: vt cœ-  
litū gñi vllū sit materię gen<sup>9</sup> admixtū: Siquidē qualiscvq rei munus natura: sūc mō cōsti-  
tuīt. Cū autē p̄cipere: mun<sup>9</sup> sit ab oī materia secrete: Intelligi potest omnē intelligentē na-  
turā materię cōcretiōe vacare. Ex quo eorum licet insulitatē & infirmitatiā accusare: qui Ari-  
stoteli visum esse volunt spiri<sup>9</sup> naturā materia & forma cōstare. Itaq ob eā causā dicem<sup>9</sup>  
coelites corporibus suapte natura vacare: qjq non negemus ab his quādoq varia esse cor-  
pora suscepit: vt est vatum Elogiis & memorię mandatum. Sed plus negotii hoc loco exo-  
ritur: An coelites in hoc loco versari dicantur. Nonnulli enim quibus magnæ curæ est af-  
firmare intelligentiam naturam esse quandam ab omni materia concretione sciunctam: &  
liberam: nullum eam ad locum: aut ad corpus appulsum: nancisci volunt: Quandoquidē  
eam circa id sine intermedio moliti negent. Ex quo sane magnum H̄eseos carcinoma ob-  
reperet: cū p̄clare notū sit Coelites circa hominū gen<sup>9</sup>: sine intermedio moliri. At dīu<sup>9</sup> qui  
dem Thomas in hoc q̄stionis genere sic agit: Vt coelites in loco nisi contactu: aut virtutis  
appulsi versari neget. Cui obſttere cupiens grauis interpellator Scotus: dum eti postulat  
ex syngrapha, pugnantia inducere confirmat. Quod idem ei cum Gregorio conuenit: qui  
Dīu Thomę sententiā i Parisiē execratū mēbris icidisse opinat: In quo qdē q̄stiois gñe

matuult ostentare quod habet: q̄ peruenire quo potest. Sed exortitur repente magnus Auctor Godofred⁹; qui ea male tornata membra incidi reddere subet: Diuumq̄ Thomā teluris sal merum esse arbitratur; Idēq; ppe Hérizo: & Egídio videri scim⁹. Itaq; hoc cōstitu fidelis. to: cū intelligam⁹ cœlites intelligētię complexu rationem bonorum vnfuersam percipere: Henric⁹. Fateri etiam cogimur in eotū genere esse voluntatē. Et quemadmodū in his præstantior intelligentia: q̄ in hominum genere sit: Ita excellentiorem esse optionem & præstantiore liberum voluntatis motum: Cumq; in his nihil præter intelligentiæ appetitionē esse dicimus; satis notum esse debet nullo modo eorum appetitionem iracudia, & cupiditate seceri. Atq; etiam cum in eorum genere voluntate naturalis proclivitas dicatur: dubitari nō potest: quin omnis eotū voluntas: naturalis sit dicendus amor; quo sane loco minutatim Deinde coelitum numero quaerī solet. Aristoteles enim in eiusmodi quæstione Platonem ex foro mero Anmula postulat: q̄ in tota illa philosophiæ sylua inanius sit cœlitum numerum persequut⁹ gelorū. At Auerrois; qui in societatem glorię venire conatur: ad orbium numerum cœlitum sum Att. xii. mam deduxit; affirms minus absolutos cœlites videri: si feriat naturę torpore consiste Met. re dicerentur. Auicenna vero ambitiose egens: ne vsq; a sensuum notione discederet: cœli Plato. tum numerum spherarum numero alligauit. Nonnullis autem qui in neapolitana crypta Auerro. inabulant; contractior numerus est visus. Aliis vñigenum tātum cœlité esse placet: Mul- Auicen. tia que non extabescunt; plura debere esse negant: quasi multitudino, a præstātia diffideat: vt præclare in sole & luna patet. In quo sane minime mirum videri debet hallucinari hos: quandoquidem perinde mens humana in cœlitum natura ac noctuę oculus in solis splen. dore hebescit: Itaq; intelligendum est a cœlitibus res corporeas nō multitudine numeri: sed multitudine specietum sine collatione superari. Nec. n. cœlitum numerum ut ato. morum aut harenarum multitudinem describimus. Sed plures cœlitū affirmamus q̄ cor. porearum rerum species inueniri: ob eaq; causam sciri potest: eos ab animalium genere dis. Angel⁹. crepare: propterea q̄ aīa est suapte natura iugabilis: resq; rationando percipit: minusq; in differt. intelligentiæ lucis haurit. Sed quoniam extima fœlicitas in Deo contuendo versat: in p̄o. ab aīa. ptu esse debet: dissimillimum esse eiusmodi obtutus gen⁹: siquidem pertinde se Deus: vt oculus micātem in pupilla lucem cōtuetur. Hominū vero genus haud secus dominatore. rē Deū aspicit: ac si q̄ spīā hoīem speculū cōtuēdo cernat: ex quo regeſtū hoīs simulactū exciteſ. At cœlitū grex eque Deū videt: ac si q̄ spīā hoīem similitudine sine itermedio ab eo suscepta cernat. In quo qdē fœlicitatis gñē cœlites generatos esse dīcim⁹: Eodēq; nō affir. Angeli. mam⁹ eos nullo corporis amictu suapte natura vestiri: sed quadā interdū corpora atripere: q̄ hoīm gñi spectabilita ip̄a sint p̄ se: eaq; ex cōcreti aeris materia effici: q̄ aer maxie sit ad cō. uersionē et trāformationē apt⁹: Itaq; & in hoīm hospitalia corpora obrepere: & imaginatio. nēflectere possūt. Eorūq; munia ex aduētio ad intelligētiā redūdanti: præterea q̄ ei imagi. natio tāq; color oculis obiicit: atq; hoc qdē v̄sq; ad volūtatis optionem p̄meat: cū volūtas. ab oī sit corporeorū instrumētoꝝ appulsiuē iugata. Ex quo itelliū licet: hominib⁹ q̄si pere. grīnātib⁹ cœlites speculatores & custodes naturę ortu dari. Qui nō mō gen⁹ humanū in. vltimū tutiore itinere deducāt: sed etiā nocitura depellāt: nec ita vñq; ab excubādi mune. re discedūt: vt fūdit⁹ tuēdi cōseruādiq; p̄curationē deserāt: sed tātisp̄ interdū excubias iu. uandi causa intermittit: quēadmodū haudquaq; interdum obest: vt hoīes in criminū aut. grīnāq; gñā incurrit: Nec multo qdē sec⁹ p̄quirim⁹: Nū eorū sit dissimillima cōdītio natu. rę! Nū sit īformata p̄sensio reg⁹ futuraꝝ! Deinceps ēt cēturiatī descriptos ordines p̄seqmūr: Ac vtrum v̄tatur Deus ad obeunda officia turmatim, an singulatim bonis: Quę quidem ab omni philosopherum genere sunt tractata ieiunius: a nobis vero non tā sunt orationis. complexu: q̄ cœlitus hausta & patefactione percepta.

# Pauli Cortesij

## DE DAEMONIBVS

**T**idemq; prope a nobis de Dēmoni genere exquiritur. In quo quidem affirmatur: nūl aliud esse delīquere: q; ab amissi declinare actū sui. Nā si vel ex rerū natura: vel ex mortalium: aut ex artificiorū ratione peccatum elicitur: Id solum a recto non torquetur; Cui<sup>9</sup> est formula ipsa agētis virtus. Diuinę autē mentis voluntas sola est amissis actus sui: nullisq; superioribus finibus circumscribitur. At ceterotū: quorūcunq; voluntas: nullam actus sui formulam assequitur: nūl quatenus in rectum ab vniuersitatis parēte dirigat. Ex quo quidē assumit: Deū delinquere nō posse: cetera autē delinquere posse cōditiois naturę suę mō. Quo cōstituto p̄baū cōlītū genus peccare potuisse. Itaq; ob eā causam quaē solet: Qod nā eorū fuerit p̄inceps peccati genus! Diuo quidē Thomae id a superbiæ malo manasse placet. Qod contra: Scoto maxime displicet. Rationes enim inducit. Quibus cum crimen Dēmonis maximum fuisse probet: propterea q; effet irreparabile malum: Concludi putat: superbiam nullo modo maximū videri crimen: quandoquidē ei obiecta humilitas e regione respondeat: quē nullo modo virtutum maxima dicatur: Atq; etiam probabilius videri dicit: inferius Dēmonum genus: id imperium nullo modo cōcupisse: quod minus eorū naturae congrueret: cum perspicuū videri debeat: maluisse eos auctoris Dei: q; Lucigeri dominatum pati: Ex quo satis liquere: haud quaq; id crimen: a furētis superbie malo manasse. In quo quidem multum ei a cōfitorum genere plauditur. Qui tñ responderi potest: minime necesse fuisse: id Dēmonis maximum extitisse crimen: cum post etiam ab eo diriora sint scelerum genera patrata: Diciq; etiam nimirū posset: superbia tuamentem eodem hostimēto: malle superioris: q; inferioris generis imperia pati. At si quicq; prāstantius in inferiori genere nanciscatur: quod in superiori consequi nullo modo posset: malle eum affirmamus: inferiori generi subesse. Quo quidem modo dicendum effet haud quaq; contra stolidissimorum Dēmonum superbiam videri: eos inferioris generis dominatum pati noluisse: vt suapte scilicet natura extrellum bonorum assequerentur: cum tum etiā cōlītū p̄incipi effent subiecti lege naturę. Sed a doctissimis quæsitū & disputatū est: an nequam Dēmon cōtinuo in ortu deliquerit. Multis enim Dēmones in ipso statim ortu non natura: sed voluntate malos fuisse placet. Aureolus autem q; agraneā lententiā de lūbat: eū cōtinuo in ortu delinquere potuisse ceser. Nec minus itē telorū affert Gregori<sup>9</sup> Ariminiensis: qui cū in huīusce rei disceptatione Christum anima continuo in ortu metuisse velit: Cōcedi sibi vult vt cōelites etiā in ipso statim ortu merere: ac equē delinquere potuisse dicant. Cuī etiā ne mora quidē ad resp̄randū datur: siquidem quemadmodū Dēmonē continuo in ortu nullo modo delinquisse concedendū est: Ita concedi debet cōelites in ipso statim ortu sceleratem nullo modo cōsecutos: Atq; ita minus illis necesse fuisse putadū est: se mansuros p̄esagisse: quemadmodum nec Dēmones se casuros diuinasse: anteq; cœli Theatro deturbaretur. At cum imprimis cōlītū fœlicitas a Deo dimanet: cumq; crimen a libero voluntatis motu oriatur: erit confiteri necesse vt auctor mundi Deus Cœlites fœlicitate afficeret potuisse dicatur: eos in id impellens: quod sit supra progredientem naturam situm. At vero nullo modo confitendum est cōelites nisi post p̄inceps illud momentum per se peruerso in id impelli posse: quod sit supra progredientem naturam constitutum. Quo posito tanq; in integrō res sit: affirmatur Dēmonē inuidię felle & superbia cœcum diuinū honore vt fœlicitatis finē cōcupisse: ac alios appetitiōis cōtagiōe ingnasse: pluresq; infōtes remāssisse: q; cecidisse reos: Itaq; affirmam<sup>9</sup> eos apd̄ orū igni vltore multari: nec vñq; nūl irritādorū oppugnādorūq; hoīm causa ex ditis atro discedere: q; p̄incipi sētētiare

Sanctus  
Tho.  
Scotus.

Aureol<sup>9</sup>,  
Gre. de  
Arimi.

placet eos in hoc terre proximo crasso & cōcreto aere versari: quo propinquius irritandi fas. Magis se  
lendicq; retia iacent. Atq; etiam fatidū est eos scelere obcalluisse: nec sanabiles esse aetate, tertiā.  
nec item his spatiū reuocandi dari: cū ab ea peccati tabe auelli nolint: qua cœlitū princeps,  
vt sex in īmū superba auditate corruit. Ex quo nihil esse potest Origeni Straboni loci: qui Error  
Dæmonum erummas in tēpus circūscribi putauit. Soleo em̄ hoīs omnium doctissimū hallū origenis:  
cinatione angī: q; ab eo sit tanto mellī: tā dirū aconitū satum: Atq; etiā intelligendū est, eos  
ex quibusdam īdiciis occultaq; rerum notitiā elicere: absentiū vero distatiūq; rerū in se co<sup>gnitionē</sup>  
percipere: cū haudquaq; propinquitas, aut longinquitas intelligentię aciem per<sup>gnitionē</sup>  
stringat. At futurū rex præsensionem in se nullo modo percipiūt. Sed quodā causalum si dæmonū  
gnificationūq; genere res futuras præsentiuunt: quod idem hominī generi accidere posse di-  
citur. Siquidem multi Astrologū causis, Geomanticū signis futurū rex præsensionem cō-  
sequi posse volunt. Nam cū Astrologos equato coelo syderū cognitionē elicere opīnentur: Astrolo-  
quibus citeriora regantur: multa eos affirmat de ventis, de hymbris, de tēpestatc, præsen-  
tire posse. Eodēq; modo Geomanticos celestī manū motu punctorū multitudinē describe Geomā-  
te: qui ad orbū figurās referant: Nec multo quidem secus medicos ex lotio egritudinis na-  
turā præfigūt: multosq; item ex auiū gannitu: multos ex pīscī natatu tēpestatem præsen-  
tire. Idq; ex coeli motu accidere: a quo tempestates aut cōmutationes futurę gignantur: in  
quibus quidem cunctis pernoscendi generibus, Dæmones hominib; maxime prestāt. Nā  
& absolutius vim astroq; percipiunt: subtiliusq; eorū copulationes diūtidicāt: deinceps etiā  
ex patefactione īsontium cœlitū cognitionem elicere dicimus: quoq; sint non voluntatis  
congruentia: sed germanissima intelligentia: similitudine cognati. Postremo multa eosdē  
longinquo temporis v̄su, & consuetudine percipere volumus. Itaq; īure ob eam causam Se-  
natus promulgatiōe cauetur: ne qua Dæmonū ad percontandum euocatio fiat: neve quis Nō liceat  
eorum nomenclator sit: neue etiam malū carmen īcantetur: quo Dæmones tanq; serpēt vocare  
tes psyllorū cantu leniantur. Siquidē hoīes cū crassius intelligentię obtutu hebescant: faci dæmōes.  
Ile vestigio conuulsi artifici vīpereo nexus obligantur. Est em̄ Dæmonū genus natura no- Dæmōes  
xiū, Inuidē felle luridū, in fallendo vaſtrum, ac īſidiosum verriculum generis humani. pīt igre-  
 Ideoq; ī hominū corpora obrepere: ac vltro cītroq; vexando concursare suapte natura pof̄di corpora.  
funt: nec eorum quidē appulsus animatiū genus vllū expers videri potest: nī sit coelesti ſera. Vegeta  
aditus preclusus. Eodem accedit: q; haudquaq; eorū est naturę negatū: quin possint corpo- bilia, ſē-  
rū ī tegumēta arripere: in variaq; figurarū genera transierrū: quo callidius īprouida ho- fibilia, ra-  
minū īgenia laceſſant: vt ſaepē ī diuorum pugilatu contigisse legimus: qui oſfactu ad- tiōabilia  
uentantium prēstigias agnouerunt.

## DE CREATIONE CORPORVM.



ODO autē sequitur: vt de corporoq; ortu dicatur. Quē loco primo vīde Opīnio-  
dum est q; nec sunt a cœlitibus tanq; a secundis diis corpora effecta: nec originis  
ad multā ſontis Dæmonū genetata: vt Origeni ē vīsum. In qua quidē Opīnio  
ſententia Tantus vir, ſal oē cōſumpſit: nec ita ſunt gradatim cōstructa: alioq;  
vt alterq; ab altero eaten⁹ gignereſ: quo ad corporeā naturā puenireſ. Opīnio  
Nec etiam illud probat: q̄tiod Platonī placet: vt formae ſcilicet corporū Platonis  
ex formis a materia ſeūctis defluxerint: quemadmodum ſi cōſtituatur canis per ſe exiſtēs Subſtā  
nulla materię admixtione creatus: qui ſit catifa oīm gignendorū canū: & ſus ſuum: & tia ſine  
Bos Boum. Idemq; de omnigenum animantiū natura intelligatur. Quæ quidem docto-  
rum hominū ſententię ab uno fonte manarunt. Nam cum formarum causas exquire-  
rent: dum ap̄tos, ac viſos persequi non poterant: muſcas & culices venabantur. Quo  
C

# Pauli Lortesij.

**Forme** sanc loco intelligendū est q̄ oē coagmentatū ex formis naturā attipit. Ci autē omne simile ab aliquo sui simillimo gignat; perspicuū esse debet formatū corporearū non esse aliā in dea corporearū. gandam causam ex formis a materia secretis. Sed sc̄iendum potius corporeas formas non tanq̄ defluentes ex forma a materia séiuncta; sed tanq̄ materia deducta ex potentia in actū ab aliquo coagmentato agente orīti. Cum autem oē coagmētatu agēs ut corpus, sp̄iritus natura moueat. Preclare sequitur corporū formas a sp̄iritus natura manare: eamq; nō tanq̄ fusionem esse formarum: sed tanq̄ motionem ad formas videri debete: quae in auctorem dei tanq̄ in prīcipem causam conuersa feratur. Illudq; etiam annectitur: in institutione rerum ex potentia in actū transgressionē nō intelligi: cū a fabricatore mūdi Deo nullo inter medio rerum sit facta molitio. Et ppter ea præclarus vaticinator Moses in omni primigeniū dierum exordio Deū inducit ortū rerum iubentē. Ex quo intelligi potest verbo imperantis Dei non calce & coctilibus lateribus, exēdificatum esse mundum. Inde inter nostros magna est nata luctatio: vtrum materies incondita rerū sit tempore informationē antegressa. In quo præclarus cœlestium arcanaq; preco Diuus Augustin⁹ nō putat primigenā corporū materiem informatiōe priorē extitisse Basilio autē Ambrosio & Cassiodoro placet tempore materiam esse antegressam. Augustinus materiem incōditā esse vult quaciq; forma carentem. Ex quo fieri nullo modo posset ut materies incōdita tēpore esset formationē antegressa. Aliis enim incondita materies videri solet: non quē qualiciq; forma careat sed quē formam excludat: qua pulchritudo & formatio corporū ambitur. Salubriorū autē opinio est a molitore Deo cūcta in actu ex nihilo esse generata. Quidā vero ynam corporearum rerum materiam opīnatī sunt: siquidem āte Aristotelē incredulū philosophorum genus oīa corpora ex rerum primordiis orīti putauit. Nam cum quattuor illorum prīcipiorū: vna esset in eadē materia cōmunitas: ut præclare in mutuo rerū ortu & tabe patet: concedi fibi volebant: ut oīum corporū materies vna diceretur. Cum autē quædā corporū genera haud extrabescere posse viderentur: essetq; absurdum vt quippiam & tabescibile, & æternū ex eodē materię fermento manaret. Plato verens ne sibi pedicam & plagam texeret: id voluntati ædifica toris dei: non materię naturę tribuit. Quod quidē ab Aristotele motuum naturaliū ratione refellitur. Nos autem ynitate ordinis, materiā incōditā ynā arbitramur: quēadmodū ordine corporeā naturę, omne genus corporum est ynū genus. Atq; cum institutionem & molitionem rerum contemplamur: índice Deo minutatim singula describimus. Siquidem tēpus ante per se inconditum fuisse volumus. Idq; postea a Deo spacii cōuersiōe circumscriptū in eunteq; aetio noctis & diei vicissitudinē effectā. In quo cōfirmatur tēpus numerū esse motus syderei coeli: & prīcipio aliquē fuisse motum: sed motū sine tēpore intelligi non posse. Inde etiam rationes afferuntur: quibus probatur inconditū tenebrarum remedio genera tam esse lucem: eamq; primigeno die educatam: cum dies sine luce esse non possit. Quā quidē primitus inconditi solis fuisse confirmatur: quae inītio haberet illuminandi vim. Dein denacta esset circumscriptam vim: circumscriptos effectus cōtentem: eaq; negatur esse corp⁹. Nam si lux corpus dici posset: quando digressu solis adumbratur tellus: Tum necesse esse pus Lux. affirmatur: ut lucis corpus extrabescat: eiusq; materies formam aliā attipiat. Quoq; neutrū De ortu fieri certa ratione probatur. Quibus expositis de coeli ortu in ipso distinctionis primigeniū q; dierum ordine perquiritur. Apud philosophos enim Empedocles coelum ex primordiis rerum constare censet: idq; indissolubile esse opinatur. Propterea q; prīcipiorū conciliatus: non dissidio eius sit absolute natura. Platoniconū quoq; canora familiā, coelū ex rex prīcipiū pīls cōstitutū fuisse voluit: nō tanq̄ primordiis scđere coagmētatu: sed tanq̄ p; se simplex prīcipiū eiusq; corp⁹ ex ignei primordiū natura esse cōstructū. Aristoteles aut̄ coelum etiam

quattuor principiorum natura contineri arbitratur: sed extra primordia quinta excogitat naturam. Si enim Platonis adhuc descendit est: minime absurdum videri debet coelum, secundo ordine recentius effectum. Nam ut illi placet construere coelum est ignis primordium educere. Primum Augustini mordia enim educere: ad molientis & generantis pensum pertinet: sed distinguenter & oratione Beda natus est munus, aliquid ex primordiis antecedentibus construere. Ex nostris autem Diuitis Damasceno Augustinus coelum quod sit primigenio die constructum spiritus incondita natura esse voluit, scenus. Caelum autem quod vno die recentius editum dicitur: corporeum fuisse censet. At religiosissimus te Nona stis Beda empyreum coelum primigeni diei principatu antiquius, & sydereum secundo ordine Sphaera. constituit. Damasco vero primo ordine eductum coelum Sphaericum esse placet: quod a philosopho Augustino Princeps mobile & nonus orbis vocetur. Eodem modo quaeritur utrum Aquae supra Ientes. sydera, excellissima coeli parte collocetur? Origenes qui Platonis dorsualis nota agnoscitur, Origenes, eas spiritus natura esse opinatur. Basilius autem ab his Coeli flagrantiam temperari putat. Plato Vnde exorta est causa cur mathematici nullam ob aliam coniecturam summum Saturni Basilius. sydus gelidioris esse naturae arbitrantur: nisique Aquarum propinquitate rigescere credunt. Iis Opinio deinceps placet eas Aquas non perennes manare: sed quasi solita quadam glacie condensari. Et mathematica propterea a multis id Coelum adamatum & Crystallinum vocari dicunt. Diuus autem Thonatius qui Physiologiam cum theologia coniunxit: eas aquas corporeas esse statuit: eorum sunt D. Thonatius. damata coquellens, qui aquas anhelitus & vapore solutas: supra sydereum coelum ferri volunt: auctor Phisiologus firmans hoc fieri nullo modo posse. Tum propter coeli crassissimam soliditatem, quae a vapore via interumpitur & penetrari nequeat. Tum propter medium ignis naturam, que sit confectrix, & ceterum. Vtrum sumptuosa vaporum. Tum etiam quod sensuum testimonio confirmatur vapores vix ad montium coelum sit cacumina ferri. Nec item multo secus indagatur: vtrum unigenitum sit Coelum an plures? Non unum, nullis sane est visum unigenitum esse coelum: confirmare conatibus quicquid ex tota materiae Coelum suam naturam constat: id unigenitum esse probari. Coelum autem eiusmodi esse naturam; unigenitum Empyreum igitur esse coelum. Nostris vero, quod variae sint eorum dissidentesque sententiae: in hoc tamquam ceterum, gruunt: quod coeli descriptionem tripertita ratione persequuntur. Nam primum coelum empyreum Aquae. um nominari volunt. Alterum Aqueum & Crystallinum vocant: tertium utriusque particeps: Crystallinum. partim crystallinum, partim lucidum esse dicunt: quod quidem sydereum sit: quodque in octo stellarum. astra diuidatur: in Spheram stellarum inhaerentem: & septem sydera errantia. Scotus autem Firmat Ptolemaeum: & Auctiorem sequens: nouem coelos esse confirmat. Post etiam inde quæstio mentum. dimanat: Num tertio sit ordine Aqua a tellure secreta? In quo quidem Diuus Augustinus Sphaera incorditam corpoream naturam aquam & telluris nomine intelligi voluit: non quia incondita stellæ natura sit informationem antegressa: sed quia origine antecesserit: nec sane opinatur informationem fixarum. aliam alia esse priore: sed naturam tantum ordine antegressam. Quo quidem ordine D. Augustinus necessario confitendum esse, informationem spiritus natura antiquiori fuisse. Et quædammodo Septem dum spiritus corpoream naturam antecedat: ita supera corpora inferioribus esse antiquiora. planetarum. Quo loco confirmat secundo ordine Coelestium corporum informationem esse factam: & tertio aqua Coelum ipsum corpoream naturam datam formam. Ex quo quidem placuisse arbitramur fabricatores mundi Deum cum olympiis in ipso creationis meditullio: a telluris gremio aquam arcuisset: tertio quoque ordine stirpium Igneum. omnigenumque arborum genera edidisse: ut telluris incordita figura remoueretur: que aqua dicitur. aetherium. uortio nudata, & euelata, squalliteret. Præterea in disputatione vocatur. Num primogenio operis Aereum dicitur: An quoque generata sint astra. Multi enim in theologia populares inuicti sunt: quod cum dicerent Fofa itaque sydera vacua esse lucis: lucemque operis principatu editam affirmarent: probare conabantur: sydera Quorum quoque principiis die, non quoque edita fuisse. Contra quos a locupletioribus, valerioribusque disse die sit geritur: affirmatis luce principiis editam, sparsum non corpoream fuisse naturam. Ex quo coelestis nita lux

# Pauli Cortesij

D. Dio a operis gnarus Dionysius, præclare ait lumen solis ante inconditum fuisse: & quarto ordine  
nysius. forma insignitum: censetq; ortus principatu, lucē editā cōis lucis naturę modo. Sed quar  
Si stellæ to operis die, astra nocta esse vīm circumscriptos effectus ciente: vt videre licet in tanta effe  
sunt ani etiūm diffinīlūm varietate: quae a Sole & Luna manare scim⁹. Et ppterēa inde quēsum  
mat⁹: vtrū astantia astra dicantur. Platone principe multi sydera animantia esse voluerūt. Stoici  
Platōici cīs autem placet astris vīm & mentē inesse diuinā. At Anaxagoræ ab Atheniēsib⁹ est nego  
Stoici. cīū exhibitū: quoniā solem flagrantē lapidē, nec Detū, nec animantē esse dixisset. Apud no  
Anaxa stros vero Origenes a Platone non discedens animantia sydera putauit: quē pedentim &  
goras. dubitanter subsequi videtur Hieronymus. Diuus autē Augustinus tanq; arbiter in re am  
Orige. bīgūa: dū mediū persequi non potest: neutri sententię assentitur. At Apollo Christianorū  
Hiero. diuus Thomas scientius genus hoc totū ratiōe astringit. Probat em̄ diuīsōe operū animē:  
Augu. nullam corporę coelestīū animē consentaneā esse operā: ppter intelligentiā & motū. Dicit  
D. Tho. q; animā corporib⁹ coelestibus nō vt formā annexi: sed virtutis appulsi ut mobili agitato  
rem applicari, quēadmodū si lagenā in pronō, vī pedū impulsā moueatur. Atq; hic etiā in  
quiritur: Num quinto sit ordine pīscium & volucrum edita natura. Nōnulli id genus actū  
absolutū censem. Augustin⁹ vero potentia inchoatū putat. Hoc idem sexto ordine de ani  
mantium terrestriū ortu disputatur. In quo ab Augustino eadem fere dicuntur. Sed incidit  
contentio: vtrū sexto ordine reḡ sit absoluta molitio. Multi em̄ cōfirmare conātur: q; quicq;  
q; opus absoluit: aliquid omnino molitur. Cū aut̄ non sit litteris mādatum: quicq; septimo  
die Deum fuisse machinatum. Concludere volunt absolutionē operis: septimo ordīni nul  
lo modo congruere. Diuus autē Thomas Deum dicit septimo die aliquid fuisse molitum:  
non quo quicq; recentius genuerit: sed quo genita ad priuata munia obeunda induxerit: qd  
Aristo. quidem secundat cuiusdam absolutionis exordio consentaneū videatur. Theologorum au  
Endele tem omniū opinio est in gīgnūdis rebus, septimo die cessationē esse datam. Eodemq; die ef  
chia. factorē & parentē Deum sic ad genita factum. Macti auctu, ac foetura estote: & pro  
Questio nes dāia.

Principiū

intellecti  
uum.

Aia itel  
lectua.

Potētiae

animā.

Intelle  
ctus.

et agēs.

Mēoria.

Appeti

t⁹ sensiti  
net.

t⁹ in vnam

vnus & in

tellectū

vnus.

Passiōes

Libe⁹ ar



## DECREEATIONE HOMINIS.

ED quoniam spīritus & corporę satis est explicata natura: restat vt ho  
mīnē vtrūq; naturę cōpotē persequamur. Cum autem de homine di  
cendum sit: ab anima tanq; ab imperante & duce ordiendum erit. Nec  
enīm hoc loco Aristotelem syllogismoꝝ Daedalum imitabimur: qui vt  
Endelechiā tanq; chimerā ostentaret: superiorum philosophorū omnes  
de anima sententias explosit: nūguēdos singulos fuisse ostendēs: & vix  
dignos qui sibi in peripatū cunt: logisticos libellos ferrent. Nec item hic locus flagitare vi  
detur: vt accuratius indagetur animē explicata cognitio: aut probandū sit Animam mate  
rię & funeris expertem, non esse corpus: vel disputandū q; intelligens principium vt forma  
annectitur: q; q; homini nulla forma præter intelligentem animam īsit. Neḡ etiam seorsū  
sunt animē diuidendę potentia: vel separatim partiendę in sensu. Nec quidem modo atti  
t⁹ sensiti net: aut agentem intelligentiam attingere, aut eorum opinionem refellere: qui in omnib⁹  
t⁹ in vnam esse censerent. Ex quo etiam nihil est, cur memoria partē animē intelligentis esse pro  
bemus: aut appetitum sensilem & intelligentem, omnesq; animi affectiones: & tum vo  
luntatem, tum liberum animi motum persequamur. Interius enim hæc non in cortice ex  
terebranda sunt. Eodēq; modo disputationes omittentur: quēadmodū anima corpori an  
volūtas. nēxa intelligat si a speciebus naturaliter īsitis: rerum eliciat notitiam: vt nonnullis est vi  
Liber⁹ ar sum. An a rebus sensibilibus intelligentem cognitionem eruat: vel si intelligēs iudiciū sen  
tītūm, sus nodo, vinculoꝝ astringat: Ac ne illud quidem in cōtētionē vocetur: ab intelligentia in

# Liber. II. Ben. Fo. XIX.

durandi.



## DESACRAMENTO POENITENTIAE.

Scotus.  
Aureol.  
Heti. gá.  
Ber. gan.

S. Tho.  
Quid cō  
tritio.

Quid cō  
fessio.

Cexpositis duobus generib; sacroq;: deinceps de ceteris dicendū puto: q; p̄imum incidit cōtentio: Nū poenitētia sacrū videri possit. Siquidē Durādus equi defēdi posse cēset: si id poenitētē sacrū esse neget: & liberationis: cōfessionisq; sacrū dicat: quādoquidē id in vtraq; tangi in sua pre materia formaq; cōsistat. In quo quidem tuēdo multa sunt ab eo ve teratorie, & acute collecta. Nos em̄ hoc loco: nequa ei nominati nota i uratur: contrariarum rationū ferramēta omittim: Sed ex senat⁹ sententia respōdem⁹: id siue poenitētē sacrū noīan: cū ppter prīcipem finem: quo sōntibus mulcta interrogat: compellunturq; ad faciendū deo satis: tum propter id etiam, q; quecunq; ad eiusmodi sacram accedunt: poenē rationem nasciscuntur: quemadmodum est cōtusi hominis inexhaustus dolor: hesitās cōfessiōis pudor: flaminisq; nexus ad multā: & q; sunt gñis eiusdē. Sed itē est nata controuersia: Nū is quē sceleris patrati redeat: ex criminum fōrdib; cū eodē gratię virtutisq; hostimēto emergat. Scot⁹ em̄ eū in ingentiorē gloriam euasurū putat: a cui⁹ di sciplina nō lōge aberrat Aureol⁹. At Henric⁹ gandēsis homo in disceptādo ppugnax: cū Heti. gá. cōtos in eandē gratię & quationē emersuros opinat. Contra quē maxime Bernard⁹ gānac⁹: Ber. gan. rejecta penula ad luctādū pdit: in quomīne nefas erit cōsectari medium: q; exoritur pugna mirifica: An cumulate ab homīne pro scelere Deo fieri possit satis. Nos em̄ nex⁹ mulctaeq; homīniū liberationē in Christi p̄solutiōe cōsistere dicim⁹: q; oīa mulctaq; gñia delebit. Ex quo intelligi necesse esse: Cuiuscūq; p̄solutionē: in Christi p̄solutiōe cōsistere: quēadmodum in quocunq; genere minus absolutum, ex absoluto nascatur. Ad quam quidem sententiam Diuum Thomā suffragatorem adhibemus: Qz q; pertinet ad hoc quæstionis genū: de poenitētē partib; inquirere: quarum quidem enumeratio tripartita est. Eaq; vna contusio: altera confusio: tertia persolutio nominatur. Cōtusio enim est angor ob patrata sclera suscepitus: cum confitendi & persoluendi voluntate: vel flens animi demissio: ex scelerum memoria: ac ex impenitentis iudicii formidine manas: siue cōtractio: aut animi morsus cum obiurgatione suis: inter spem & metū inhātentia criminum vlcera depellens. Con-

Quid cō fessio autem est: quæ spe venie: vulnera abstrusa detegit: & morbi (vt dicitur) in vola ostēdit. Persolutio vero est: quæ stirpitus scelerum causas euellit: aditu adeentes arcēs. Sed cōfusio hoc modo describitur: vt cū voluntaria sit: ob Culpm, non ob multam oriatur: nec effaciō. ab originis labo dimanet: Quandoquidem haud id malum sit voluntate nostra cōtractū. Cōfessio aut̄ nexus dicitur: quo omne gen⁹ homīnum: quod capitali tabe vexetur: obstri git: eiusq; munus ad flaminē dialem p̄tinet: quādo scilicet in angustū necessitas detrudit. Itaq; poenitētiam afflantem animam non modo criminibus patratis: sed etiam pontificio interdicto: ex senatus consulto: a flamine liberari posse manifestum est. Eius autem fōs

# Liber. III. sen. Fo. XXXVI.

agnationis: integritas nominatur: quae est flaminī tanq̄ medico aperite expromenda: ut totius corporis agritudo: quasi vlc⁹ dempta spina sanetur. Ob eamq; causam Senatus p<sup>a</sup> mulgatione cauetur: ne qua confessio aliena voce: aut ex syngrapha fiat. Persolutio autem ex mulctarum operib⁹ conficitur. Ea sunt donatio: iejunum: oratio: quorum vnum ex externis: alterum ex corporis: tertium ex animi cōmodis elicitor. Donatio enim quæ a Græcis Quid ele eleemosyna dicitur: est benignitas ope egentissimū quenq; fouens. Iejunū anniversaria ē emosyna esuriālis feria: & voluntaria continentia. Oratio est vocis, mētisq; intima p̄catio. Sed plus culum litis in clauīum disceptatione versatur. Multorum enim pediōrum theologorū iunium. sententia est senatum ætheriis clauībus non egere: affirmantū haud opus esse clauībus Quid ie ad eam ingrediendum qdem: cuius ſanua fit euulsis cardinibus patefacta. Nam cum diuo oratio. Ioanne auctore: ſalutaris Christus cœli fores patefactas dicat: concludi posse, latium Sena tum clauībus ad coeleſtem aditum non egere. Quod argumenti genus si in orthodoxa iiii. Incude tundatur: per facile dicetur ſemper ætherias fores ſuapte natura patere. Sed qbus dam occlusum in cœlū aditū affimetur: propterea q; ſuopte pondere ſuperiora capescere nequeant. Onus autem naturæ humanae, christi est litatu, & perpeſione ſublatum. Itaq; cū quibusdam mō ob originis nexū: cotidianumq; ſcel⁹: cœli ingressum preclusum & ob ſtructū dicatur: ob eam cauſam gen⁹ humanum latii ſenat⁹ clauībus egere affirmatur. At q; illud etiam perquiritur: an flamen in quenq; clauīum imperio, vt possit videatur. Durādus enim yaferrimorum argumentoꝝ prodigus quenq; a quo cunq; flamine liberari posſe opinio censet. Cui quidem maxime fauet multitudine quædam vix theologorum nomenculatori Petri de nota. At multo ſanior est Petri paludensis partitio a Diuī Thomæ disciplina manantis. palude. Nos autem in ſenatu ſummū quoddam imperii genus constitutū dicimus: cui reliqui parant: ex quo in quosdā circumscriptum dominatū nanciscantur. Cum autem ætheriarum clauīum vſus: aliquod imperii ius flagitare videatur: ob eam cauſam dicimus eum qui ſummi imperii potestate nitatur: iisdem vt in vnum quenq; poſſe: Nō autem eos: quorum ſit præfinitus & circumscriptus dominatus. Nam iis preterq; in discriminē animas efflantiū: in eos ſolum qui ſibi forte obtigerint potestas vtendī datur. Qzq; aliqua Theologorum De indul difſenſio certatur: cuiuscemodi ſenatus indulgentia dicat. Diuus enī Thomas religiosif gētiis. ſim⁹ christiane ſalubritatis custos ea indulgētiā ( audeam⁹ enī hoc verbo vt) q; eft ſenat⁹ Opinio. pmulgatiōe decteta: aliquid viriū non modo in ſenatus foro, ſed etiam in ipſo Dei iudicio S. Tho. nancisci voluit. In quo ſane locupletior non eſſet ex grēduſ auctor: niſi in eū directis contis Aureo. Aureolus & Durādus tanq; velites decurrenter. Itaq; ob ea cauſam Christi diuorūq; lita. Duran, tū quali. R.P. aetariūq; quoddā dicemus. In quod tanq; in vnam generatim quisq; vſ. eo vectigal iniiciat: quoad expleatur. Nec tamen expletam futuram dicimus: niſi in buſto de flagrati, & cīnefacti mundi. Ex quo tam multipliſem indulgenti facultatē oriſi volumus. Sed multi Theologotū tunicati: q; velut mīrmillones: aut Thraces in vulgi cœtu gladiato. Quidā ria ſpectacula edunt: hoc indulgentiē munus: tanq; inutile explodunt: affirmantes, inutile putauerū ſi mineralē ambitū eſſe opinent: farēdū eſſe volūt: id indulgētiē auctoramētū inutile vide Bona ri. Quib⁹ ſane rñideri debet: nullo mō ſpirit⁹ bōa: ob externa: niſi ex aduentitio dari. Nā cū ſpiritu ob delubra: aut valitudinaria conſtruēda tribuūtur: non ob id dari dicim⁹ vt in iis habeat alia p̄tē aliquē ſiſtēdi locū: ſed ob cōitātē: manatēq; ſpūs vtilitatē dari. Ex quo haud ſane ob exter poralib⁹. nā dari affirmam⁹: niſi q̄ten⁹ ad ſpirit⁹ bōa p̄texunt. Atq; et plariq; hoīēt ob mulctē ne Opinio xū: a glā adipiſcēda reprimi, & retardari volūt. Sed ſi indulgētiē auctoramētū tātidē valitu erronea.

E iiii,

# Pauli Cortesij

Opinio  
catholica

Nisi debeant purgari i purgatorio.

An sit locus determinatus purgatorio.  
Vgo de s. Victo.  
Descrip. purga.  
Aie sanctorum pa-  
tri & prophetarum

Christus instituit oia sacramenta  
S. Tho. Duran.

P. d' palu. S. Tho.

rum dicatur: quanti feratur: perfacile posse hominem affirmat: si in indulgentiae gyro decurrat: temporaria multa liberari. Ex quo perspicuum videri: hominem ceteris relectis adiumentis: in hoc unum munus incumbere debere. Quibus a dynastis nostris responderi solet: quod vehementer hoc indulgentiae auctoramentum ad multam liberationem valit.

rum dicatur: vehementius tamen quedam persolutionis genera: ob essentiae premium merei: quod longe sit temporaria multa liberatione praestantius. Sed maxime in controversiam & disceptationem cadit. Num consentaneum sit probos quosdam manes: cum e corpore excederint: apud expiatorem Orcum multatam. Non nullis enim visum est: nullum tam nefarium scelus inueniri: quoniam possit multarum perpeccione in vita expiari: modo multa ex quo animo perferatur. At qui cum mors summa multarum carnificina sit: in promptu esse potest intentem perferentemque constantem morte expiari posse. Qui autem ne in festinationibus quidem quicquam de passu tarditate remittunt: perfacile respondent leti nature multam, haud ob patrata actu criminis facere posse sat: quandoquidem sit homini ob originis malum constituta: quod haud negent vi illatam necem: quae Dei spe & nomine constantem perferatur: concreta eluere sclera posse. Ex quo causa inquirendi datur: Num expiabilem manum sit quidam certus receptator locus. Vgo enim victorius affluens, & locuples Theologus: negat ullam certum expiatorem esse locum: affirmans iisdem locis multatam manes: quibus sit culpa contracta. Maior autem pars eo delabitur: ut ditis antrum velit in quatuor distractum esse partes. Nam imis sedibus animas actu pollutas ob patrata sclera plecti dicunt: Alteram vero in qua originis tabe inquinati crucientur. Tertium tartarum esse locum Ricardus villa opinatur: quo sublimes animae herentes, criminum fordes efficiant: Quod quosdam manes alibi labes eluere posse dicat: quo scilicet quartam terum iudices & quasi internuntii sint: hominesque ad inferias, & parentalia suffragandique studia impellant: ac in perferendo: sensili aliqua notitia ratum Dei ultoris a quilibet ostendunt. Quartu vero non animabus vacuum esse vult: quo Heroum & vatum manes subsedisse dicantur.

## DE SACRAMENTO EXTREMAE VNCTIONIS.



Ciquatuor his generibus sacrorum: quinta adiungitur extrema perfusio. Quo in genere multorum sententia est haud id lustrale sacrum a christo: sed a pede suis discipulis suisse latum. Quoniam nonnulli cuncta sacrorum genera a christo constituta dicunt: sed quedam ex his ab eo late quorundam vero rationem alumnis reseruatam suisse. Cui quidem sententia ex parte magna Diuus Thomas assentitur. Sed incidit contentio: Num eiusmodi sacri finitima materies oleum dicatur: quod pontifices sacrificio certo consecrant. Durandus enim argutiarum auceps: spinosiora argumenta nectit: quibus probare conatur haud eiusmodi sacri materiem Oleum a Pont. consecratum esse oportere: quin doquidem Christum nullo corpore Olei perfusum visum dicat. Quae sane argumentorum genera praeclare a Petro paludensi retexuntur: qui nunc in magno Theologorum theatro sessum recipitur. Sed interiectus est moderator Diuus Thomas: qui perinde id sacrum in lustrali illitu, ut baptismus in latice aspersione, consistere arbitratur: eiusmodi materiem, Oleum consecratum esse censet. Et propterea in eam sententiam itur: ut eiusmodi sancti princeps effectus criminum liberatio vocetur: ex quo id primo ad insidentium scelerum aegritudine sanandam institutum putatur: quod spiritus quedam sanatio dicatur. Itaque ob eam causam haud id contra eas defeciones adhiberi affirmamus: quibus spiritus vita adimatur: quem admodum contra originis, & capitale malum: Sed contra eas defeciones dari: quibus homines spiritus aegritudine opprimantur hebetentur: ad gloriam actum nanciscendum. Quod quidem haud quicquam aliud iure dici possit: quod imbecillitas eneruata: siue locors: & iepita quae

# Liber. III. sen. Fo. XXXVII.

dam hebetatio: quæ hominibus ob crimen actu patratum: originisq; tabem reliquatur: cō Laic<sup>9</sup> nō tra quæ mala homines hoc lustrali sacro muniantur. Quamobrem Senatus consulto caue pōt contur: ne quis profanus aut minister flamen: qui a græcis Diaconus nominatur: illinendi fa ferre hoc cultatē usurpet: neue etiam insani illinantur: nisi qui stolidi amentes sint: q; interposito sacramē spatio ita resipiscant: vt sentiant vi sacri, scelerum vestigia dilui: Eodemq; modo infantes tum: nec repelluntur: qui nondūm sint vim, præstantiamq; intelligendī consecuti: quiq; vt præclā diaco, re ait Riccardus: nondūm ignoscibili tābe inquinentur. Cuius quidem malī liberationem Insani nō in eiusmodi sacro vnam e multis antesignanam & principem esse opinatur. Atq; illud ē debēt vni fācītum est: ne valentibus aut in quocunq; ægritudinum genere adhibeatur: quandoqui gī, dem id sacram extimum dicatur: quod senatus adhibeat homines preparās; & perpoliens Ricca, de ad gloriam: Et propterea eos tantum illinendos esse dicimus: qui in ipso sint vitæ excessu media constituti. In quo etiam intelligendum est: omnes corporis partes illiniri non placere: cum villa, id sacram curatio quedam dicatur: corporisq; curatio haud cunctis corporis partibus: sed Sani non morborum tantum fibris medicamenta adhibeat. Cum autem omnis nostra notio a sensi debēt vni bus oriatur: vbi facinorum scelerumq; ortum esse dicimus: ibi hoc lustrale perunctionis fo gi. nec pū mentū esse volumus: Ob eamq; causam a flamine sensuum sedes obliniri.

Totum  
cor. nō de  
bet vngi.

## DE SACRAMENTO ORDINIS,



Taq; quoniam cuncta sacrorum genera persequimur: restare deinceps vi Sensuū def: vt de ordinis sacro dicatur. In quo quidem sacerdotali cogimur opificē, loca de & effectorem mundi Deum: opera ad sui simulacru edere voluisse vt ab bēt vngi soluerentur. Quamobrem ne eiusmodi decori species senatū deesset: Magist. eam in ordines: tanq; in membrorum quedam genera partit<sup>9</sup>: vt essent sententi. qui statā sacra obirent: eaq; more rituq; ceteris præberent. Ex quo p̄ecula Sanctus redux sentētiarum ait Ordinis sacrum: signum quod dām esse senatus: quo sp̄ritus im. thomas. petrum initiatō tribuatur. Quam quidem diffinitionem Diu<sup>9</sup> Thomas maxime probat: Scotus. affirmans mirifice ordinis consentaneam videri: quatenus scilicet Senat<sup>9</sup> sacram dicatur, Thomi. Sed in eadem curuli sella confessor Scotus: negat eiusmodi sacram sp̄ritus imperium ad stæ. actum quempiam in senatu nancisci. Cū quo ab Aquinatib<sup>9</sup> summa contentionē pugnat. In qua quidē re ytrum vīs concedi potest: sed nata cōtrouersia est vtrum in eo qui in ordines cooptetur: vitæ sit flagitanda probitas: In quam sa ne quæstionem multi cum arces. An boni suntur: negligenter: vt sunt amici produnt. Itaq; quempiam ob sacrorum partitionem in tas i sacerditiari dicunt. Sed cum sacra affūlment aequē probos ac improbos dispergiri posse: facile itel dote regulectu esse: vitæ non esse postulandam probitatem. Quibus responderi debet: in quocunq; sa fatur: crorum ordine: Dum quis ceteris dux constituitur: eum in quocunq; genere impudenter delinquere: si modo cum capitalis facinoris mortuū initietur: Ob eamq; causam i ordinis generē: edictū non sacri necessitate: vitæ integritatē flagitari. Cui quidem sentētiq; ita sunt nonnulli assens: vt initiatum tamen censeant: legis commentariorumq; sacrorum gnarū esse oportere: si quidem eum legis peritum esse debere opinantur: cuius ex ore, ius fasq; religionis hauriſt. Atqui cum lex Diuo Mattheo auctore, ex flaminis ore hauriēda sit: in p̄to p̄tu esse: flaminem legis debere nauiter esse peritum. Nos vero in quocunq; hominum actu si ad ratam ordinis mentionem referamur: rationis amissum inesse oportere dicem<sup>9</sup>. Quo constituto fatendum esse affirmam<sup>9</sup>: flaminem quo ordinum munia exequatur: tantum legis debere nosse: quantum sit ad ei<sup>9</sup> ordinis actum incundum sat. Sed permagni refert: Quorū quot ordinum genera numerentur. Plētiq; enim quibus est inter theologos eruditos loc<sup>9</sup>; sunt ordi. S. matth.

Ev.

# Pauli Cortesij

Opinio multis negocii sibi cōtrahūt: dū noīatī ianitorem: vaticiniorum p̄centorem: anagnosē: quorūdā exorcistam: Hypodiaconum: Acolythum: Diaconum & Pontificem in ordinum varietas: dñs uero te recensent. At sententiarum principi syncero, & grandi theologi: septem ordinum genera esse placet. Quod idem Diuo Thomæ placere sensi: eisq; maxime Riccardus assentitur: Hostia. quem in summis theologis habitum videm⁹. Idq; etiam ratione probatur. Nam cum eius Psalmist. modi sacrum ob eucharistię statutum sacrificium inuentum dicitur: abesse non potest qn Lector ex ministri quoq; ad eisq; sacreuntur. Quæ quidem sacratio: ordinis sacram nominatur: quæq; oracula vīm obtinet: eiusmodi Eucharistię conficiendi sacri, ministrosq; initiandi cādidatos. Eius Acoly. autem muneris est descriptio duplex: siquidem sacratio ad flaminem, obsequium autē ad Subdia. ministrum pertinet. Itaq; Diaconi proprium munus est ad partitionem: nō ad sacrationem Diaco. litanti flaminī suppeditare. Hypodiaconi autem certum est: & diffinitum ius: cum litaſ: Sacerdos libum in poculis: & donaria aris inferre: similisq; est prope Acolyti descriptio: qui libum Episco . offert: ac vīnarium simpūiūm: guttūlūmq; aquarūm preparat ad sacram. At obseqū quod ad libātūm cultum flagitatur: rectissime contra tabificos inquinatosq; institutum Officīu putatur. Quorum quidem triplex est gen⁹. Vnum quod inficiantī perfidia ad credendū Diaco. obcalluit: cui generi quoniam ita interdictum est: vt non modo eorum congregari: sermo- Officīu nesq; vitentur: sed etiam a delubri aditu arceantur: ob eam causam ianitores opponūtur. subdia. Alerum genus est eorum qui q̄q; vehementer credendi studio flagrent: adiumentis tamē Officīu instrumentisq; credendi carent. Itaq; ob id anagnos̄ & instituendi magistri adhibentur: Acoly. quorum traditione ad credendi studium instituantur. Tertium genus eorum est qnī fidē hostiarii officīu. ter & plane bene instituti sunt: sed carnificis Dæmonis nexus obstricti tenētur. Cōtra quos Cōtra i armatus exorcista prodit: qui vīcula fando dissoluit: inquilinumq; dēmonem ex aliena do mūdos. mo deturbat. Atq; etiam idem de initiantium potestate perquiritur. Pleriq; enim q̄ nō dū latum clauum in Theologia sumperunt: negant ad solum Pontificem initiandi munus p̄ Officīu tñere: proptereaq; dum sacerdotiis comitiis candidatus flamē iniciatur: nō modo a pō lectoris. tifice: sed etiam a flaminūm collegio manu attiḡitur. Ex quo intelligi dicūt: haud soli Pō Officīu exorciste. tifici ius initiandi dari. Sed p̄st̄ est p̄clarus auctor Riccardus: qui Pontificis manus cō Bacala. lectam initiandi ius habere confirmat: flaminūm autem innectū, sodalitatē cōficiatamq; Ansol⁹ concordiam indicare. Quo loco haud secus dicimus Pontificis potestatem, ac politicam, episcop⁹ in inferiori ordine versari: Quæ vt ait Aristoteles inferiori generi p̄scribit viuendi mo possit or- dum: quomodo scilicet quisq; quousq; & quas vītē actiones persequi debeat. Qua simili- dinare. tudine pontificis permagni intereste affirmamus quosdā ad sacra cōficiunda adhibere: in Riocar. quos ius confirmandi nanciscatur. Quod cum ita sit intelligi etiam debet: ius ei in affiste Aristo. i. rio virginūm initiandarum dari: ob eamq; causam contentio accidit: Num pontifex qui ēthicoru hēresecos latīna cōēnum volutatu colligat: ius initiandi nanciscatur. Multi Deum dicit Cōfirma principem esse Initiandi causam, initiantem autem vīm instrumenti consequi. Atqui cū tio perti- instrumenti vīs Feriata cōfistat: nisi principi agitatori annexatur: persuasum esse volūt: net ad Pontificem nullo modo ius cooptandi consequi: nisi in initiādo auctori rerum Deo copu- ep̄m. letur. At cum perduellionem pontificem Deo negent in initiando iugari: concedi necesse Nū ep̄s esse affirmant: eum initiandi ius nullo modo consequi. Quod disiectum argumenti gen⁹: hæretic⁹ Riccardus celerius gypso agglutinari putat: si arctius ratiōe astringatur: quā raturq; vtrū possit or- perduelliones pontifices ad senat⁹ p̄scriptum initiati sint. Si initiatos fuisse negent: per dinare. facile respondet eos nec pontifices debere dici: nec nancisci ius initiandi. Si autem initiati Opinio dicantur: consentaneum esse eos pontifices nominari. Sed iis muneris potestatem adēptā Riocar. esse satetur: quandoquidem eiusmodi perduellionum generi: ita pontificia execratione in

# Liber. III. sen. Fo. XXXVIII.

terdicitur: ut si omnis muneris potestas adimatur. Quod cum ita sit: effici dicit: eos nul Aneg<sup>s</sup> lum nancisci iniiciandi ius. Ex quo est data causa cur nonnulli pontificem perduellionem si recocilia post liminio redierit: in collegium recipi iterum debere negat. Id si ita est: fatidū esse: his nullum possit lo modo adimini iniiciandi ius. Diuus autem Thomas magni aestimās quorsum euasurū sit: ordinare. haud iis ius iniiciādi: sed gratiā adimit: Idq; non infirmitate sacri: sed cādicatorum scelere Opinio accidere opinat: qui Senatus in iussu iniiciari volūt. Eodēq; mō de exauctatorum genere S. Tho. disputatur: q̄q interī de munerali ambitu: quā simoniā vocant nascitur certamen: inquit Degrada ritur p̄ primo. Nū qui eiusmodi ambitus postulantur: ex leges nominandū sint. Quibusdā tū. An si enim placet eiusmodi ambitum ignoratione excusari: quādoquidem accidere posse dicāt: monia p̄ vt quis in scīs iniicietur: ambituq; obrepat ad ordines: qui ex lege nullo modo nominandus p̄ter igno sit. Contra quos Riccardus ex sub selliis in rostra descendit affirmans omnino eum ex legē ratiā ex debere putari: quandoquidem ita sanctum sit: ne quis qui muneralis ambitū postuletur: cuſet. Pōt. Max. in iussu, aut sine cōsignatis diplomatis iniiciari possit: q̄q id intelligi debere opī. An iuratur: si sciens pepigerit: ob idq; nummos persoluerit: propterea q̄ si eo imprudente nominat in irrena facta sunt: vt iniiciaretur: q̄q ordine & munīsabre cogatur: quoad id Pont. Max. in istau gularitatem. ratiā venia ratum habeatur: Negat tamen eum ex legem debere credi.

## DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Opī. Rīc.

**N**unc autem erit de coniugii sacro propiū disputādi locus. In quo plētiq; q̄ Simonia se in Theologia: tanq; in armi lustrio ostendit: id ius naturale esse volūt: cus qđ cunctis generatiō animātibus: naturę cōmunitate īseritur. Atqui cū ignorās in ceteris coniunctio sine coniugali thoro cernatur: Negant cōiugium de an possit. bere naturale dīci. Nos autem quippiā naturale bīpertito metimur. Nā fine quippiā ex principiorum genere naturae necessitate ortum esse affir= dispēsatī manus: quemadmodū ignem dīcimus supera suapte natura capessere. Ex quo genere nec one ordī connubīū nec id quidē quod libera optione cumulatur: naturale dīci volumus. Alio vero nari. modo quippiā naturale expendim⁹: ad quod appetendū natura moueat: quod quidem Vtrū ma intermedia animē optiōe explet: vt actus naturales nominantur. Ex quo genere probam⁹ trīmoniū connubīū naturale dīci: quādoquidē ad id naturae ratio: cum appetitione moueat: procre sit natu= andī causa. Ex quo p̄clare Aristoteles liberos a parentib⁹ tria bonorū genera attrīpere opī= rale. nat. quæ ortum: vīctum: ac disciplinam nominat. Nec enim liberi a parentib⁹ alii instrui. Aristoteles. q̄ poterant: nisi esset quoddā certū parentū cōcircumscriptum genus: quod haud sane accide re posse manifestum est: nisi quidā cert⁹ cōnubīū nexus cōcircumscriberet. Atq; ēt naturae ra= tio impellit vt homīnes societate colere īter se & in cōtubernio vīuere velint: quandoquidem haud sibi quisq; cūcta suppedit: quæ ad vīta degendē rationē flagitātur. Cū aut duplex sit natura gñis humā: cūq; eaq; req; vīta desūt: qđā ad vīri quedā ad mulieris gen⁹ p̄tineat: sic est natura comparatum: vt mares cum fēminis copulatiōe quadam cōfigant: quē vt ait Aristoteles: cōnubīū maritale dīca. Q̄zq; maxime ī cōtentione adducit: Nū coniugīū sit ī ipso factō genere numerandum. In quam questionē Durandus esset Chi= rographis obsignatis accessendus: q̄ aliquādiū ī ea sentētia cōstiterit: vt ostendere vellet haud iure cōnubīū dīci debere sacrū. Sed cum vīderet omnīum prope Theologō dimicātionem sibi esse subeundā: ne de senatus currículo deflectere vīderetur: hac est p̄cauente flexus solertia sic vīsus. Siquidem cū connubīū ī sacrorum gñia referret: negandī tamen ansam quandā relinquit: cū confirmat vīniuocum esse cum ceteris. Quod quidē argumēti genus: tāq; puluis ī eum ipsum refundit: qui excītauit. Nam eodē prope mō p̄bari posset nullū sacrū vīniuocū esse cum ceteris: quandoquidē p̄facile iudicūt: nullū īueniri sacrū quod nō quippiā p̄priū nācīscat: quo discrepat a ceteris. Itaq; ī iure ī hoc Capreol⁹ cachī= nū tollit: dū ei⁹ dialecticē exiguo Parisiū p̄tīculo cōfert. Sed ī intelligēdū quoq; est: Num

Aristo.  
viii. eth.  
Durān.

Contra  
durāndū  
Capreō.

# Pauli Lortefis

**Opinio  
durandi.  
Canoni-  
stæ.**

**Theolo.  
Vtrū in  
matrino  
nicoſe-  
rat gra-  
tia.**

**Presbyte-  
ri paro-  
chiaꝝ ru-  
taliꝝ.  
Contra  
durandū**

**Opinio  
S.The.**

**Opinio  
Scoti.  
Scotistæ.**

**Sponsalia.  
Spōfiōls  
absolutę  
quatuor  
genera.**

**De con-  
ſensu**

ex connubio gratia nascatur. Idem Durandus in eiusmodi disceptatione dicit: aliud pontificalium legum gnaris, aliud Theologorum principibꝫ videri solere. Nam siis qui Pontificum edicta: ad Senatus præscriptum syllabatim explicitant: negat viſum esse ex connubio gratia oriſi; quandoquidē affirment ad sponsalia pretii pactionem accedere: in cæteris autē sacroꝝ generibꝫ ex quibus gratia nascat: pacisci aut nomina facere, fas esse negat: Quodrum quidem sententiam: cū velut vaticanum obeliscum admirat: eorumq; dicat præscripta, editaꝝ oracula in eiusmodi cauſa, non modo senatus consilium: sed etiam vicatim a flaminibus paganis rata haberi: quorum maxime intersit scire quid sanciat senatus: nullo modo sibi interdictum putat: ne eorum sententiae nomine suum ascribat. Cui festine occurrit tota illa Durandomastix cohors: quae affirmat pontificalium legum gnatos si temere in theologum fundum irruat: nihil certus se scire explicare: ac theologos iuris rudes, si ex iure manus consertum vocentur. In quo præclare illud Appelleum usurpat: ne scilicet sutor supra crepidam diiudicet. Nos autem connubium non modo sacram: sed etiam naturę munus esse volumus. Itaque ob ea partē qua sacrū nominatur: cum in senatus partitione consistat: haud dicimus in emptione, aut licitatione versari: quandoquidē sit promulgatio lata: ut si quis ob sponsalia sacra pecunia acceperit: non modo repetundaꝝ: sed etiā muneralis ambitus postuletur: se patet q; censura plectatur. At ob eam partem qua naturę munus nominatur: haudq; in cōnubiuſ de pacificando, aut de pecuniis capitūdīs cautum esse dicim⁹. Sed in hac q̄stioē pmultū iterest utrū cōiugūlū boni q̄ppiā nācīscat: quo excusari posse videat. Hoc loco illud natūlē: qđ D. Tho. arbitrat: vt sapiētē dicat sine hostimento, & qualitati aut īgētiōꝝ bonoꝝ, iacturā non latetur: Ex quo cuiuspiā selectionē, cui dāns adh̄rescat: bonū cuiuspiā accessione egere opinatur: cuius hostimento ornetur: ad ratamq; ordinis mensio nē reuocetur. At cum in nuptialibus facibus detrimētum nascat: propterea q̄ ita ratio venaria voluptate elidatur: vt haud inde quipplam vt ait Aristoteles intelligendo compleatatur: ob ea causam cōnubii selectionem ad ratam ordinis mentionem reuocari posse negat: sine cuiuspiā boni hostimento: quo maxime coniugium ornetur. Quibꝫ quidem genitoribꝫ honorum: cōnubia excoli: & excusari arbitratur. Cum quo maxime cōgreditur acer tūm gladiator Scotus: affirmans haud connubio ob rationis iacturam quādam bonoꝝ genera contingere: quibus veneris actus excusat. Cuius sententiae est astipulatrix increādibilis Scoteoꝝ multitudo: Qzq; ip̄e Diu⁹ Thomas vt mulieris inter obſtrepētū voces: nō hilo minus recte canit. Atq; item dubitat: vtrum sponsaliorum ius, rite futuri cōnubii vādīmonium dicatur. Nobis enim ex consensu futurum pollicente, haud quidem connubiuſ sed connubii sponsorshipem oriſi placet: quę sponsalia dicantur. Duplex est autem sponsaliorum genus. Vnum simplex: Alterum circumscriptum. Simplex enī in quatuor genera distribuitur. Nam & nudum quoddam sponsorshipis genus nominatur: cum vtrīng; dicitur: Ego te coniugem despōdeo. Alterum in quo dotale symbolū: siue appābōw ut græci dīcunt: aut quid tale p̄tē manū datur. Tertiū quo pronubus anulus coniugalia auspicia continet. Quartum: quod iurefirando confirmatur. At cum sponsio circumscribitur: tū sunt pactionum genera distinguenda: propterea q̄ aut honestū est pactionis genus: aut turpe. Honestum enim necit hoc modo. Si. P. Cetheg⁹ pepigerit se Fabiam ducturum modo parentibꝫ libuerit. At turpe pactionis gen⁹ bipertitum est: vt si. Q. Cæcilius dicat se Post humiā ductū ire: si beneficiis fecunditatē offecerit: vel si sponsorshipem faciat cū Gellia Seruilli⁹: si ad furtā, & peculatiū adiutrix fuerit. Rursusq; ex eo genere certatio nascitur. An tacito consensu cōnubii iura obſtrīgant. Nā multi hac etiam recentiori expolitione tolerabiles theologi: cōnubiuſ mutuo consensu contineri volunt: quod verbis aut signis q̄busdā constare videat: ob eāq; causam mutos etiā, & eligues cōiugio colligari posse dicit. Quo

# Liber. III. sen. Fo. XXXIX.

sum et numero magnus & nobilis auctor Riccardus, eos etiam absentes, qui ne facie quis. Multi  
 dem inter se norint; utrumque nomine; aut ex Chirographo iugari posse censem. Sed omissa possunt  
 consensuum multitudine; de his que connubia impediunt dicendum erit. Itaque intelligen contra  
 dum est; errore conubia impediri. Eius autem genus in quatuor est partes distributum. Qua here-  
 rum una ab homine; altera ex fortuna; Tertia ex conditione; Quarta ex pœotete elicetur. Ab Riccar-  
 dom enim dicitur hoc modo. Si Fabia agit ex sponsu; quando scilicet se putat. Q. Cecilio De spedi-  
 nupsisse; qui sit repertus Cethagus. A fortuna; si quem Croesum opinaretur. Codrum esse in mentis  
 telligat. A conditione; si pro ingenuo seruum esse sentiat. A pœotete; si quem probum crede matri-  
 tet; improbum cognoverit. Quo loco dicimus mancipia; erga stulaque vaenalia; coiugio impli monii.  
 cari nequire; propterea quod sponsaliorum ius; vnum alteri ad æs alienum persoluendum astrigit. De  
 Cum autem is qui astringitur nullo modo soluendo sit; perfacile intelligi potest; hac igno seruis.  
 ratione pposita ius sponsaliorum dissolui. Eadem ratio est habenda voti. In quo Diuo Tho De vota.  
 mæ visum est; Duplex esse voti genus; vnum simplex; alterum quod rite in sacerdotiis co Opinio  
 mitiis a candidatis fiat. In quorum altero conubium futurum; non obsignatum dissuit; in altero S. Tho-  
 ro vtrumque dirimi oporteat. Vbi magna est ei cum Scoto contentio. Quocirca data est causa inda Scotus.  
 gandi; an is qui rite in comitiis candidatus fuerit; Pont. Max. recuperatoria venia libera. P. d. palu-  
 ri possit. Cuius quidem loci multa sunt a Petro Paludensi; a Durando; & Aureolo disputa Duran-  
 ta neruosis. Maximeque eius questionis genus persequitur ex Theologorum omnium cum Aureoli.  
 resurrectione notus Albertus. Quem locum vberius complectemur; cum separatum de Ptot. Al. mag.  
 Max. potestate dicemus. Nunc autem videndum est; quanam propinquorum colligatione De colon-  
 connubia impediti dicantur. Nihil est enim peruersius; & quod magis a ratione delictum est; quoniam  
 quod filia sociæ cum patente iugari; cui sit subiecta lege naturæ; quandoquidem ab eo velut a semi te-  
 nario diminet; ob eamque causam naturæ lege sunt parentum coniugia sublata. At celesti Ius natu-  
 re prescriptum est; nequa primum; aut secundi limitis necessitudo attingatur. Idque ob eam Ius diuini.  
 causam factum est; ut libidinum occasio tollatur; quandoquidem eiusmodi propinquum Ius cano-  
 rum genus in contubernio vivat; in quo lena insidiatrix Venus; amatorumque virüs excita Post quartum  
 tetur. Sed senatus consulto; tertia; quartaque limitum propinquitas; tanquam incesta admittitur; gradum  
 Propterea quod usque eo arte naturalis necessitudinis nexus obstringatur. At post eam necessaria non dispense-  
 tudinum decretam metat; libera promiscua connubia; ad evanescencem amorem reuocare satur.  
 dum fieri posse voluit. Eodemque prope modo de consobrinorum; sobrinorumque colligatione Adoptio  
 distinguitur. Atque huic etiam generi finitus est de adoptione locus; cuius interuenientur cum Adoptio  
 fugia impediti dicimus; nihilque feciis de impuberibus; de ametibus; de beneficiis atque de impediti  
 incestis disputatur. Sed maxime hoc loco queritur. An in uxoria actione ob moechatum; vir matris  
 uxori repudium remittere possit. Nihil autem placet; septem excipi gratia debere; quod ob adulterium per monium.  
 brum inimico uxori repudium remittere liceat. Nam si vir pellicatus postuleat; aut si coiuge ad moe Quoad  
 chandum impulerit; fieri nullo modo potest; quin uxori talio; actioque uxoria detur. Nec et non potest  
 quicquam est causa cur uxori repudii multa irrogetur; si quando sati de viri nece liquet; alte repudiari  
 non nubat. Ac ne illud quidem ei obsuerit; si vis illata sit; aut dolose viri nomine attractata fu-  
 erit; Nec multo sane secus agendum erit; si vir post probrum uxore attractarit. Ex quo nihil est et Septem  
 cur modum de eorum gratia dicatur; quod haeres eos coeno obsignatis sponsaliorum tabellis uxori repudia causas.  
 remiserit. Copiose enim & cumulate hec nisi aperte. Nam non modum de secubatione & coelibatu; sed  
 et de eris alieni ipsolutione; vberie perquirunt; quoniam scilicet & quomodo æs dissolutum esse intelligatur.



## DE RESVRRECTIONE.

Pertum est autem quemadmodum homines a culpæ noxa vindicaren-  
 tur. Deinceps dicendum est; quod admodum in reuiviendo poenæ interi-  
 tu liberent. Itaque inquit edū est primum nuncibi sit animarum receptor  
 locus. Platique enim contractus virginis hoc modo. Annua sine corpore  
 Vtrum aia  
 se parata  
 heat rece-  
 ptacula.

# Pauli Cortesij

haud corporea loca petit. Atqui anima seiuncta, corpore vacat. Nulla ergo ei debet ascribi: receptatrix sedes. Nos autem quod dicamus spiritus naturas a corporum concretione seuocari: res tamen corporeas affirmamus a Deo intermedia spiritus natura regi: ob eamque causam in spiritus corporumque natura cognitionem, conspirationemque quandam quam graci syn pathiam vocant versari volumus: ut sublimioribus naturis prestantiora quædam corpore genera illustrentur. Quod priscum philosophorum genus fecisse scimus: qui sunt orbium ordinem coelitum natura dimensi. Namque e corpore excedentibus animabus: nullum sit tristutum corpus: quædam tamen his corporeorum locorum generata liminum cognitione statuantur: in quibus tanquam in loco versantur: quatenus scilicet res corporeæ in loco versari dicuntur. Itaque quæadmodum in corporibꝫ quædam deorsum suopte pondere feruntur: quædam superiora capessunt: qui locus virtutum agitationis finis dicatur: sic his loci genus præmii aut multæ congruentia decernitur: quod earum actionis finis dicatur. Itaque non sine causa volumus animam tartarum, aut coelum quasi domiciliū capessere. Atque ex hoc

Vtrum etiam disputatio ducitur: an in anima excessu vita, actus sensibilis potentiae resideant. Multaque potest enim cœlere Augustinum volunt in eo qui est de spiritu liber: animam cum e corpore excellerit: ex opinatione, iracundia, & appetentia, aut ad letandum effuse exultare: aut ad dolendum languide demitti. Atqui cum hæc genera sensiles vires esse intelligent: constare inter omnes dicunt: animam corpore vacarem sensilibus viribus affici: ac in quodam actu genere versari. Sed præsto adest tenebrarum laterna Diuus Thomas: qui illum librum insitum esse arbitratur. Nos autem dicimus quibusdam videri solere actu sensilium vitium duplex esse genus: quorum quosdam extrinsecus ab anima agitari: quos negant animæ elapsæ residere: quosdam autem interiores quibus per se anima fungatur: omnino resideri opinantur: quod quidem a Platone manauit. Nam Plato ut diximus animam corpori, ut nauim nautam annexit. In quo ut claudicans & vatrax ab Aristotele vexatur: qui ostendit animam nec sibi motum afferre: nec ab his quidem munis moueri: qui cernendi: sentiendi: & id genus sint: quatenus scilicet munia illa motus tantum annexi dicantur.

Ex quo intelligi maxime potest: animæ cum e corpore excesserit sensilium virium actus nullio modo residere. Contra quem Platonicon omnium tanquam auium contra vulpem, com mune est bellum: maximeque hoc vulnus acu suere conatur Macrobius: nequa cicatrix in Platonis vultu resideat. Atque hoc loco eadem est inferiarum habenda ratio. In quo quidem constitutendum est charitatis colligatione: quod sit arctissimum vinculum Senatus, non modo viuos, sed etiam eos qui e vita migrarint deuiniri: Imprimisque intelligenti: malorum etiam parentalia opitulari mortuis. Sed doctorum hominum est adiecta contentio: Num damnati piacularia suffragia opitularentur. Placuisse enim Traianum Cæsarem a Diu Gregorio. Herebi poena liberatum volunt. At cum perspicuum sit diu eum apud Orcum suisse in proptu esse dicunt: reis in Herebo parentalia suffragari posse. In qua quidem causa aliud Diu Thomas: Aliud aliis visum esse scio. Diuus enim Thomas qui ut in pictura Apelles pclare sentit quid sit in dicendo satis: probabilius videri dicit Traianum Diu Gregorii piaculari suffragatione reuixisse: vixque gratuita cōsecutus: quia poena scelerisque nexu liberaret. Itaque placet illi p̄finiti temporis multam esse irrogatam: alii autem qui vel a Porrectano vel ab Origenis familia manarunt: nullo modo existimant Traianum animam multam noxa liberatam suisse. Sed animadversionis, vexationisque iustitium, ad iudicium præstitutum diem indictum esse voluit.

Quibusdam etiam videri solet ante mundi funus; parentalia reis opitulari posse. Nonnulli scelerisque genera partitio se iungunt: suffragationisque accessio poenam tolli putant. Multi infirmitas non quidem leuationem, aut detractionem multam: sed dolorum solatia: & someta afferre opinantur: In eoque estuatis geruli similitudine adiungunt: qui videatur pressu ponderum

Porrecta. natis piacularia suffragia opitularentur. Placuisse enim Traianum Cæsarem a Diu Gregorio. S. gregorio. Herebi poena liberatum volunt. At cum perspicuum sit diu eum apud Orcum suisse in proptu esse dicunt: reis in Herebo parentalia suffragari posse. In qua quidem causa aliud Diu Thomas: Aliud aliis visum esse scio. Diuus enim Thomas qui ut in pictura Apelles pclare

familia manarunt: nullo modo existimant Traianum animam multam noxa liberatam suisse. Sed animadversionis, vexationisque iustitium, ad iudicium præstitutum diem indictum esse voluit. Quibusdam etiam videri solet ante mundi funus; parentalia reis opitulari posse. Nonnulli scelerisque genera partitio se iungunt: suffragationisque accessio poenam tolli putant. Multi infirmitas non quidem leuationem, aut detractionem multam: sed dolorum solatia: & someta afferre opinantur: In eoque estuatis geruli similitudine adiungunt: qui videatur pressu ponderum

ad facilius ferendum leuari; si latifis aspersione suffundatur; q̄q nihil sit ex pondere detratum. Cum quibus quidem omnibus multo melius actum esse diceretur; si minus ingenia exauissent; vt quedam arborum ḡna meliora sunt neglecta, q̄ culta. Nos autem munitio rem ad verū ingrediemur viam: si negauerim⁹ reis in ditis antro funebris iusta suffragari; quandoquidem satis perspicuum sit haud senatu pro reis apud tartaru parentare. Sed omnis suffragationum omnium generibus; quibus Theologorū personant scholæ; perquirendum quidem est de ostentis; que sententiæ dicundæ tempus antegressura dicantur. Diu⁹ Thomas q̄pter ceteros oīm hunc illustrauit iuris dicundi locū: affímat Christi splendi diſlma ſpecie in mūdi roſtra deſcensurum; ne authoritas censori defit. Ex quo intelligi: forte ut vocationis ius, quedam insigniū genera velut fasces antecedant: quæ homines ad parentum impellant; ob eāq̄ cauſā quedā oſtēta dīe dictionē antegressura opinantur. Sed quenam ſint prodigiōꝝ genera futura: haud facile preſagiri poſſe censet. Quod video plā cuiſe Ricard⁹; qui negat illa quindecim oſtentorū genera: quæ iudeoꝝ monumentis decā Ricard⁹. tentur: ad veritatis ſimilitudinem accedere. Itaq̄ nō ſine cauſa ſeparatim queri ſolet: An De defe in imo ſæculi calce ſint ſolis lunę deliquia futura. Nos enim id bipertito metimur: ſiqui- etionibus dem id aut accessu Dei; aut ante iuris dicundi tempus, fieri neceſſe eſſe dicim⁹. Si enim id ſolis & lu eius interuentu fieri volumus; fatendū erit id tum non ademptione luminis: ſed largioris na. lucis ſplēdore perſtrigi debere. At ſi ante hoc euenturum dicim⁹: Neceſſitas fateri cogit: utrūq̄ deliquia futura: que quidem ſi natura euentura dicerentur: intelligi poſſet: ea tū in prodigiōꝝ genere numerari nō debere; qñquidē ſatis notū ſit: multa ſepe eiusmodi ḡna naturæ neceſſitate accidiffe. Quare intelligēdum eſt potius ea ad hominū metum: cōtra naturę neceſſitatē euētura: ſiquidem natura fieri nullo modo poſſet: ut utrūq̄ ſimul de- liquia futura dicerent: cum naturalib⁹ cauſis perſpicuum ſit lunę interpoſitu ſolis Eclipsi fieri: & terre obiectu occultari lunā. Sed permagni refert: an aliqua ſit mundi expiatio fu- tra. Nos enim qui mundum hominū cauſa factum eſſe dicimus: fatendum eſſe volum⁹: cum hominū corpora in glorię currículo conſtiterint: cetera quoq̄ mundi corpora in ab ſolutiorem ſpeciem mutatum iri. Eodemq; modo indagamus an euenturum ſit: ut mūdi expiatio ex igne naſcatur. In quo docemus eam expiationem, iniquinationē culpa contra- etam, concretionisq; labo eluturam, ad aſſolutionemq; gloriæ futuram viam: idq; ratione probatur. Nā cum ignis ſit omnium primordiorum genere preſtantior: germaniſſima glo- riæ cognatiōe coniungitur: ut praeclare in lucis candore patet. Atq; iſ quoq; non perinde ac initia cetera aduenticii concretionē recipit: propterea q; maxime vi agendi cietur. Qui ēt cū ethera domiſiliis noſtriſ longiſſime abſit: intelligi facile debet: nō aequa ac cetera no- bis venire viſu: ob eamq; cauſam: nec perinde itē ut cetera inquinari. Ex quo illud etiā colligitur: q; miſificā vi in dilatādo: partiendo: & per purgando nanciscitur: ut in aurī argētiq; bracteis facile perſpicī poſteſt. Quare multi haud quidem Pumili theologi: ſed qui proceri orū comparatione deſcreſcunt: Non dū ſatis conſtituere poſſunt: an ex igneo elemento ſit futura deſflagratio. Ricardus enim in eam arcem configuit: ut cum olī Cataclysmū: & Elu- uionem aquei elementi fuſſe conſirmet: cōcedi ſibi velit: ut eodē prope modo: incendiū ex Igneo elemento futurū dicatur. In quo eſt eia Diuo Thoma porrecta manus. At plēriq; ar- gumēti cōfirmat elementū qđ i ethere ſit ex orbe ſuo ad mūdi rogi defluxuꝝ: delabendi q; modū auctu, & i cremēto metiunt: quādoquidē ignis tei ad exardescendū aptæ adhæres cens augeat: idq; tū maxie euētuꝝ putat: cū ignea viſ reliquoꝝ p̄cipiatū nancisceret. Qui dā ēt q; in theologorū egrīis lōgi⁹ abſit ab iis q; antegrediunt: q; ab iis q; ſubsequūt: circa me diā fererēgionē cōglobatiōnis radioꝝ ignē orituꝝ opinant: quēadmodū in flagratiib⁹ ſpe- culis cōglobati dicūt: ſpeculorūq; vice cauas nubes futuras eſſe cēſent: qbus radioꝝ reper-

De signis  
iudicii.Opinio  
S. Tho.De pur-  
gatione  
mundi.Vtrum  
purgatio  
ex igni.Opinio  
Ricard.

D. Tho.

Opinio  
quorūdāOpinio  
aliorum.

# Pauli Lortesij

cussus exciteretur. Quem quidē aspidis latrebra, facile a nobis detegetur: si effectus corporum coelestium praeinitios status & affectus sequi affirmetur. At si ex corporum coelestium vi signem oriturū dicatur: fateri erit etiā necesse: eius deflagrationis tempus a Chaldais praefagiri posse. Quo quidē nihil longius a Senatus sententia distat. Itaq̄ intelligendum est

**V**erum ignis futurus sit cōsumptiu<sup>9</sup> elementorū omniū. **O**pinio quorūdā **D.** Tho. **V**erum ignis exustur<sup>9</sup> sit electos. **R**icard<sup>9</sup>. **R**abbi mōses. **R**icard<sup>9</sup>. **Q**uorsū dam opinio. **A**liorum opinio.

cōsumptiu<sup>9</sup> elementorū omniū. **O**pinio quorūdā **D.** Tho. **V**erum ignis exustur<sup>9</sup> sit electos. **R**icard<sup>9</sup>. **R**abbi mōses. **R**icard<sup>9</sup>. **Q**uorsū dam opinio. **A**liorum opinio.

ex ignei elementi vītione: flagratiꝫ mundū. Sed pertinere ad questionē potest: an ignis sit omnia primordiogenera cōsumptur<sup>9</sup>. Multi inīria regū in materia māsura arbitrantur: sed in absolutionem mutatiū iri volūt. Ex qbus Aerem & Terram naturae formā habitura. Ignis autē & aquę naturę defuturā formam dicit: quadoquidē eā in celi formam mutatiū iri censeat: Ac ita ignē: Aerem: Aquā: celi nomen habitura opinantur. Quos quidē iure Diuus Thomas vt anniculos infantes ludit: qui dū incitatius ferunt: suopte pōdere quo properant labuntur. Nam nec physicis rationibus probari posse dicit inferiora corpora vī ad celi formam nanciscī: Nec item de senatus sententia affirmandum esse absolutionem mundi: partiumq̄ integratē in columen futuram. Quocirca multo tutius dicemus in natura esse regū primordia māsura: quæ tabe scelere hominum inuecta, expiatū iri coganatur. Quo quidē constituto queritur: An quēpiam eoꝫ qui in selectorū patriciatum cōscrībuntur: sit expiaturus ignis. Auctore ad hanc tem vti possum Ricardo: qui fore negat vt ignis quēpiam ex selectorum genere exurat: cui nihil sit expiable concretū: Sed eos postūs cessatione meatus interituros censet. Nam q̄q̄ cœlū cū moueri desierūt: haud omnem vīm suā amissiꝫ opineat: eā tamē vīm habituꝫ negat: quē sit ad vītē perennē propagationē apta. In quo Rabbi Moses similitudinē inducit: q̄ æque velit cœli meat<sup>9</sup> cōuersiōe exticta labefactari mundum: ac hominē corde a motu deserto mori. Qzq̄ ne hoc quidem satis a Rē cardo concedit: qui negat meatus cessatione coelestia corpora, aut primordia rerū everti. Quibusdā etiā anteq̄ cœli conuersio definat: omne genus hominū interitū vīdet: idq̄ ante meat<sup>9</sup> vacationē ignescēta saeris flagrātia cuēturi, q̄oē sit humānī pītū gen<sup>9</sup>. Nō nullis enī placet: quosdā ex selectorū albo quoꝫ futuros: q̄ nōdū vītē vētī igal pepēderint: quorū alios qui expiatione eguerint: igne expiatum iri: Alios ne vītulādos qdē fore. Nos proflīs intelligi volumus duplex esse ignis futuri genus. Vnum quod vī naturę nitatur. Alterq̄ qd̄ quaten<sup>9</sup> iuris dicūdi tēpus antecesserit: Dei instrumēto sit in vindicādo vītū. Nā id quaten<sup>9</sup> vī sua cīf: pīnde pībos vt improbos exustū dicim<sup>9</sup>. At id quatenus sit in strumentū futurū, dissimillimo iure vītū esse vīlū: siquidē fontes vītū ignis natura plectent: Probi autē quibus nihil sit expiable concretum: sine dolore ad bustū agentur.

## DE EADEM RESVRRECTIONE.



